This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

MH
1265
W15


HARVARD UNIVERSITY
ARNOLD
ARBORETUM
PRESENTED BY
CHARLES SPRAGUE SARGENT
1892

ROSAE

PLANTARUM GENERIS

HISTORIA SUCCINCTA,

IN QUA ROSARUM SPECIES TUM SUAE TERRAE PROVENTU TUM IN HORTIS NATAS SUPPOSITICIAS SECUNDUM NORMAS NATURALES AD STIRPIUM BESSES TRES PRIMITIVOS REVOCAT INQUE SPECIMINUM RATORUM FIDEM RHODOLOGORUM ET RHODOPHILORUM CAPTUI

ACCOMMODAT

FREDERICUS GUIL. WALLROTH,

Medicinae et Chirurgiae Dr., circuli Nordhusani Physicus regius, Academiae Leopold. Carol. Natur. Curios., Societat. Natur. Curiös. Berolinensis, Turicensis, Wetteravicae, Lipsiensis, Halensis, Societ. botan. Reg. Bavar. Ratisbonens., oeconomic. Potsdamens. et pharmaceutic. Germaniae borealis sodalis.

NORDHUSAE,

IN LIBRARIA KOEHNIANA.

1828.

Armat spina rosas. **Claud.**

VIRO EXCELLENTISSIMO,

NATALIUM SPLENDORE FAMAQUE PERENNI NOBILITATO,

LIBERO BARONI

DE STEIN AD ALTENSTEIN,

POTENTISSISSIMI BORUSSORUM REGIS AMICO AB INTIMIS, DISCIPLINARUM SACRARUM, SCHOLARIUM ET MEDICARUM, QUAE IN PATRIA FLORENT, PRAESULI SCIENTISSIMO, AQUILAE RUBRAE ALIORUMQUE ORDINUM SUPERIORUM EQUITI ETC. ETC.

MAECENATI FACUNDISSIMO,
MUSARUM PROPUGNATORI FORTISSIMO,
DOCTRINIS NATURAEQUE COGNITIONE
UNICO,

PRO GRATITUDINIS ET VENERATIONIS INFUCATAE SYMBOLIS

TENUEM HUNC LIBELLUM

ταπεινῶς

CONSECRAT

AUCTOR.

mh
126.5
W15

PRAEFATIO.

Rosae generis historia a priscorum poëtis incoepta, veterum testimoniis irrigata et a cujuslibet aetatis auctoribus nutrita, nunc quoque severis systematum restauratoribus commendata e scrupulosis cotibus enavigat, nec decantata quidem, aequum cum reliquis generibus tenet cursum, triplici oppressa difficultate. Primam Natura ipsa subministrat, singulorum fruticum communione amiciore, dotis loco commissa ulterius ingravescentem; alteram nisus qualiscunque partium mutabilitatem subeundi dexteritatique humanae debita jura impertiendi complectitur, et tertiam denique auctores sinistris de stirpium statuendarum ratione suffragiis redarguunt, synonymorum sylva obumbratam.

Quae ex mutuae fruticum singulorum similitudinis et generis affinitatis naturalis fonte manant difficultates et quas alii auctores Herrmannus v.c., Münchhausenius, Crantzius, Schrankius, Du Roius, Boehmerus, Reynierius, Loiseleurius aliique inter cognitionem rimosam jam conquesti sunt et quibus suadentibus ipse Linnaeus de specierum limitibus

desperavit, nuperi vero mala habitus alieni et partium leviter inter se desciscentium fide obcoecati in contrariam partem verterunt, equidem fruticum sylvestrium studio per decennium continuato pensitataque observatione dispellere et eventilare conatus sum, et ex his studiis, plantatione et satione confirmatis didici simul, nullas ex habitu externo et partium singularum examine, nisi scite Naturaeque congruenter instituatur, fallaciarum pleno, redundare notas, sed omnes, quas auctores specierum distinctarum titulis promulgarunt, stirpium s. specierum primitivarum paucularum limites salutare et notarum essentialium et inconcussarum communione inter se comprehendi. Has vero, circumcisis aliis notis levioribus expunctisque varietatibus, lusibus et monstris ex stirpium coetu, exposui, ratam singularum partium informationem et perfidos deflexus in cap. II. sigillatim enarravi, novam prorsus Rosas distribuendi et describendi condidi methodum eaque teste rite cognitarum numerum, qui apud Linnaeum 18, apud Murrayium 21, apud Willdenowium 39, apud Persoonium 45, apud Thoryum 57, apud Poiretium 65, apud Lémanum 80, apud Lindleyum 101, et denique apud Trattinnickium 246 species complectitur, ad stirpes XXIV revocavi, specierum suppositiciarum chiliades autem ab observatoribus oculatissimis: Bastardio, Bessero,

Biebersteinio, Desvauxio, Lémano, Maerklino, Mératio, Rauio, Stevenio, Woodsio aliisque statutas, a me nulla ferme excepta, cum aliis trecentis, specierum titulis neque minus dignis, in agro thuringiaco repertas et a singulis auctoribus ad trutinam variam vocatas ita digessi, ut his omnibus radiis notatu dignissimis stirpium ambitum ab ipsa Natura patentius reclusum vinculo amico connecterem. Nolui enim rem in scirpo laureolamque in mustaceo quaerere; nolui, ut cum Chabraeo loquar, „*praeter necessitatem Rosas multiplicare studuique tantum opera Dei in botanicis pro meo captu demonstrare,*“ et Linnaeo lubens succenseo: „*eum, qui varietates ad species suas redigit, non minora praestare quam qui species ad propria genera amandavit!*“ Inconditum etiam modum, quo auctores varii, Linnaeus v. c. ad alabastrorum figuram, Schrankius ad eorum superficiem, Woodsius ad aculeorum et setarum, Lémanus ad dentium foliolorum rationem, Rauius ad superficiem foliorum eglandulosam et glandulosam genus distribuerunt vel ad series naturales revocarunt, deserui et sepalorum sive conformium sive difformium indolem in singulis fruticibus quidem nec tamen in ipsis stirpibus designandis ludicram, laudavi.

Quae ad generis nisum polymorphum et dexteritatis humanae fallacias respiciunt difficultates, insolitam

fruticum eorumque partium luxuriem redarguunt, ob vitam fruticis sive suae terrrae proventu fortuito sive invita Natura ex cultu et satione semel exorti perennem, antiquitus jam et ab illis fere diebus, quibus tantus florum subiit mortalibus amor, inclaruerunt et superstites insignem profuderunt monstrorum segetem, qua rhodophili recte quidem laetantur, rhodologi autem ceu Florae monstris terrent, nec systemata ut unquam redintegrentur sinunt! At rhodologorum pace ne his quoque, quibus hortorum areae superbiunt et quae melioris notae esse videntur, synonymorum ab ineptiis alienorum auctoritate jubente, locum denegavi aliosque simul aperui monstris, quae ex manu praepostera lucem exspectant.

His quoque prospere discussis dubiis, reliquas difficultates, quae ex variis auctorum de stirpibus statuendis suffragiis proficiscuntur et diviti illa synonymorum messe ingravescunt, vel vix nisi specieminibus ab ipsis auctoribus datis s. sp. ratis sedulo inter se comparatis dispelluntur, sub felicissimis profecto adgressus sum auspiciis. Praeter illas enim quas VV. clarissimi Rauius et Waitzius novas proposuerunt benevole datas, integras etiam Rosarum collectiones singulari in me amicitia raroque operis adsensu mutuas reddere voluerunt mecumque communicare VV. illustrissimi et tum animi candore tum

ingenii acie insignes, Linkius, Mertensius et Gayius! In fasciculis Linkianis vero plurimas Rosarum species a M. Biebersteinio, Stevenio et Kitaibelio; in Mertensianis omnes ab Ehrharto, Decandollio, Desvauxio, Friesio, Hartmanno, Kochio, Loiseleurio, Hookero, Maerklino, Swartzio, Winchio, Woodsio, Wikstroemio: in Gayianis vero praeter alias multas sativas et sylvestres ab ipso lectas, omnes a Bastardio, Bessero, Biebersteinio, Desvauxio, Fischero, Lémano, Mératio, Seringeo, Swartzio et Wilhelmsio aliisque primum lectas cum meis in agro thuringiaco investigatis affatim contuli (!) et ex his divitiis opimis totius generis, specierum numero obruti non solum cognitionem ratam hausi sed quoque ante sexennium jam opus conscripsi amplum et in eo 1) de fruticis natura; 2) de caussis summisque difficultatibus, quae ratae generis cognitioni a priscis inde ad nostra usque tempora obstiterunt; 3) de stirpibus Rosarum primitivis definiendis et describendis illisque ex mutua notarum essentialium communione statuendis; 4) de singularum partium mutabilitate et qui inde proficiscuntur deflexibus a genuina informatione, formas, varietates, lusus meros et monstra designantibus; 5) de vario Rosarum usu ab auctoribus cujuslibet aevi experto sigillatim

praefatus sum, et in altera denique parte, stirpem quamcunque cum synonymis scite laudatis, descriptionibus informationem ratam perfidosque deflexus designantibus, commentariis et excursibus criticis illustravi.

Quod quidem opus, ut ita dicam, quibuscunque generis difficultatibus dilucidandis inserviens, restrinxi; nec id aetas et librariorum esuries perferunt. Nolunt enim plurimi ex amicis operi Naturae divitiis pari suisque numeris absoluto operam impendere; nolunt satiari, qui malvis potius crambeque vescuntur! Ne tamen aliqua syntagmatum de hoc genere haud sine suavi laborum memoria speciosisque auxiliis conarip orum pars pereat vel in latibulis oboleatur, institui apud me hanc sciagraphiam, Historiae succinctae titulo ex ipsis manibus dare illamque ita plane expedire studui, ut stirpium statutarum characteres et varietatum, lusuum et monstrorum illis subscriptorum notiones, ex iis, quae in cap. II. generatim exposui sine descriptionibus vagis elucescant. Qui enim hunc de fruticis natura excursum praemissum recte intelligunt illoque instructi ipsos frutices adeunt, ex rata nostratium quaquavorsum vergentium, a dexteritate humana vero immunium cognitione compertum habebunt ambitum insignem quo Rosarum stirpes patent, eoque teste non solum alias quascunque barbaras et extorres, quas quidem quamvis etiam vix

nisi ex singulo specimine in hortos nostros recepto inque illis nutrito innotescant, affinitatis consanguineae vinculis cum patruis nexas singulari tamen eaque obscondita nota ab illis alienas distinctas exhibui, sed quoque fruticum sativorum naturam inversam et a valore specifico alienam facile interpretabuntur.

Ex hoc vario stirpium proventu varietatumque cognitione ambiguitas illa, qua jubente aliae stirpes immenso varietatum et lusuum ambitu eminent, aliae plane rimosae iniquis decipere videntur angustiis, proficiscitur et vix nisi continuata in locis natalibus variorum fruticum investigatione dissipari potest. Utinam igitur alii, penes quos facultas et occasio est tum barbararum tum extorrium cum nostris mutuam relationem gerentium historiam augeant simulque nos certiores faciant, num emendationes nostrae ad patruarum rationem factae, stirpium naturae satisfaciant et sedulo inquirant, num stirpes proprias constituant sive potius notis jam subscribantur, quas alii auctores Humboldtius, summus Naturae interpres v. c. sub *R. Montezumae*, Loureiro sub *R. spinosissimae et cinnamomeae*, Rafinesquius vero sub *R. kentukensis, trifoliolatae, elongatae, globosae, Cursoris, obovatae, serrulatae niveae, pusillae, flexuosae, acuminatae pratensis, ripariae, dasistemmatis* aliisque titulis indicarunt. Qui sativis operam dant *R. millesiam L., ru-*

ficaulem Ehrh., *adenophyllam et corallinam Willd.*, *Ventenatianam*, *Th. erubescentem*, *Andr.*, aliasque a me nondum visas probent, et Waitzius, observator gravissimus, *R. concavifoliae*, *amoenae*, *floribundae*, *Blandfordii* aliisque locum concedat. Iterum alii pauculas ex nostratium numero examini subjiciant et profiteantur rogo, cui stirpi *R. adenophora et incana Kit.* *R. foliosa*, *Poterium*, *eriocarpa*, *parvifolia*, *anscitrum et neglecta Lém.*; *R. Wolfgangiana*, *glutinosa armata et Maukschii Bess.*; *R. albiflora*, *pilosa*, *piloisiuscula Opiz*; *R. arduensis Lej.* et quaedam aliae a me non examinatae, subscriberentur.

Restat denique ut praeter gratias, quas VV. laudatissimis, Linkio, Gayio et Mertensio pro singulari operis adsensu, sine quo inter rhodographos acerrimos caput non extulissem, debeo, lubens etiam confitear, me in illustrando hoc genere fere inexsuperalibus vinctum ac penitus emaciatum esse difficultatibus, in quibus expugnandis tamen praeter consuetudinis legem, Senecae aureum: „*si ad Naturam vives, nunquam eris pauper, si a ad opinionem nunquam dives,*“ vires refocillavit et perfugium et solatium praebuit exoptatissimum! —

Dedi ex museo meo Nordhusano, Januar. 6. 1828.

Fr. Wallroth.

DE

ROSA GENERATIM.

DE ROSA GENERATIM.

Caput I.

Variorum de Rosa, plantarum genere auctoritates.

Priscorum monumenta de Rosa sive confabulantur sive alios quoscunque ritus, et florum praestantiae et ortui putato idoneos enarrant: summam florum pulchritudinem praedicant et praeter has notitias vix ullam, quae stirpium cognitionem prodere vel de natura lucem foenerari possit, suppeditant; integrum prorsus genus ab historiae naturalis auctoribus derelictum, poëtarum genio consecratum, profitentur. Graeci ex Veneris cruore Rosam ortam et ex ejus pede saucio vel Cupidinis sanguine, albam primum adrubuisse fabulantur. Hinc *Philostratus* fruticem Cupidini tribuit, Cupidinis instar mollem, illius tota facie aemulum, semper recentem juvenemque, aureis comatum capillis, aculeos pro jaculis gerentem, pro facibus fulgorem, folia pro alis, nec tempori addictum. Idem cum *Anacreonte* Rosas terrae lumina, veris comas, amoris igniculos, herbarum oriona appellat, et omnes cujuslibet aetatis et patriae poëtae cum *Achille*

Tatio consentiunt: „ἐι τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς γαρ ἐςὶ κόσμος, φυτῶν ἀγλαίσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθεῶν," — omnes nihil propemodum in illo flore, *Horatio* monente, „nimium brevi," desiderant, quam longiorem durationem. Hanc *Theocritus* jam:

„Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἐςτὶ, καὶ ὁ χρόνος ἀυτὸ μαραίνει,"

et *Ausonius* in lepido illo Idylliorum:

„Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum,"

aliique perbelle conqueruntur; hanc „rosa spirat brevis et exspirat" proverbium, vel ipsius nominis graeci notio primitiva (τὸ ῥοδὸν), quam, a *Plutarcho* ex largo odoris effluvio (ῥύμα πολὺ τῆς ὄδμης ἄφιησι) sive ab aliis a colore singulari (rhot, ruber) dictam, equidem ex petalis cito defluentibus potius derivare mallem, redarguunt.

Hinc potissimum in Rosae fatis historicis, quae fere solum ad floris veneres, mythis intertextas respiciunt, materies ipsa brevitati studet, ita fere ut in illis enarrandis, *Plinii* locus viam commonstrare videatur, quo auctore Rosa princeps florum, maximum terrae hortorumque decus, panacea morborum vocatur! Ob hunc potissimum principatum, Rosae et priscis et recentioribus non solum pro venustatum quarumcunque, blanditiarum, amoenitatum (*Cic. Tusc. Qu.* IV. 25. V. 25. *Martial. Epigr.* VIII. 77. 2. *Plaut. Asin.* III. 3. 74.) et voluptatum (*Cic. de Finib.* II. 20. *Plaut. Pers.* II. 39. *Senec. Epist.* 36.), sed quoque a Venere Harpocrati, ut furta ejus tegeret, pro silentii symbolis inserviebant. Ex hac propemodum caussa, serto

rosarum (ἡ ῥοδιακή), Musis consecrato (*Plutarch. Symp.* III. 1.), poculis s. parietibus affixo sive floribus humi sparsis, coenantes monitos voluerunt, ut vino dati linguas coërcerent. Ob eundem morem, apud aquilonares conclavium lacunaribus rosa vel insculpta vel appicta est, adscriptis subinde verbis: „*unter der Rose!*“ Inde quoque tritum proverbium vernaculum: „*ich rede es unter der Rose*“ venit, quod quidem diversum est ab illo *Ciceronis*: „in rosis dicere, in rosa potare;“ tanti porro veteres aestimarunt floris delicias et suaveolentiam, ut pulvinos rosis plenos, pedibus s. lecticae suggerendos ipsaque reticula e lino tenuissimo rosis farcta, naribus admovenda, sicut saltem ex Verris deliciis (*Cic. Verr.* V. 2.) et ex Cleopatrae illecebris (*Athen. Deipn.* IV. 79.) patet, sibi procurarent. Ex simili caussa *M. Antonius*, ut sepulcra rosis condecorentur jussit: rosae mortuis dilectis ob pietatis significationem inspergebantur, et priscis et mediae aetatis temporibus aliae quaecunque res et venustate et alia quacunque praestantia praecellentes, rosae nuncupabantur. Hinc propemodum *Plautus* pusiones rosarum titulo accit; hinc quaevis aliae herbae florum pulchritudine insignes, quarum plures *Plinius* jam enumerat, eodem quasi generali nomine salutabantur, et Orientis incolae, ritum tempore rosae florescentis hortos visitandi diesque festos celebrandi, nunc quoque servant (*Corresp. der Erd- und Himmelsk.* 1801. p. 494.).

De stirpium natura *Theophrastus* (*Hist. pl.* VI. 6.) locum statuit, laudatissimum illum ab *Athenaeo*

(*Deipn.* XV. 682), a *Plinio* (*H. N.* XXI. 4.) retractatum et secundum hunc in *Cagnati Observationibus* (I. 77.) emendatum, serius a *Clusio*, *C. Bauhino*, *Chabraeo* aliisque exscriptum, in quo quidem Rosarum differentias permultas ex foliorum numero, paucitate, asperitate, laevore, colore et odore, ex floribus petalis ut plurimum quinis, duodenis, vicenis plurimisque interioribus sensim minoribus, compositis facit, illasque Centifolias (ἑκατονταφύλλας) dictas, circa Philippos inque Pangaeo ubertim vigentes, inodoras plane et ab aliis alabastros glandulosos proferentibus, odoratissimas diversas indicat, et ab ejusmodi fruticibus, τοῖς ῥοδοῖς κατ' ἐξοχήν dictis, sive a rosis sativis v. domesticis, *Dioscoride* (π. ὕλης ἰατρικ. l. 128.) praeeunte, veteres alias caninas s. sylvestres τῶν κυνοσβάτων nomine, frutices nimirum rubo longe majores, arborescentes, foliis latioribus quam myrtus, aculeis circa virgas robustis, flore candido, fructu oblongo, olivae nucleo simili, maturescente fulvo, intus lanugine quadam ossibusque pleno insignes distinguit. Aliis locis Rosam inter suffrutices enumerat, cacumine perpetuo virentes (I. 15.), flores ob ungues et stamina discolora, bicolores (I. 21.), ramos aculeatos spargere (II. 16.) perhibet quidem, nihil tamen quod scitu dignum vel ad historiam lucem foenerari possit, addit.

Veteres ab antiquissimis inde temporibus Rosis culturam adhibuisse, *Herodotus*, *Theophrastus*, *Nicander*, *Plinius* et alii, qui hos exscripsere ipsorumque fruticum sativorum proventus in eorum monumentis laudati, testes sunt. Varias colendi rationes *Plinius*

(*H. N.* XXI. 4.) sequentibus satis succincte tradit: „Rosae tardissime proveniunt semine; caule conciso potius ob id inseruntur (*Nicand.* apud *Athen. Deipn.* XV. 490. *Geopon.* II. 18.), et ocellis radicis laete propagantur; seri nec pinguibus vult nec argillosis locis nec riguis, in quibus minus odoratae, contentae raris proprieque agrum ruderatum amant. Translatione vitis optime ocissimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata, dein per Favonium translata. Qui praecocem faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calice.“

Quamvis Rosae a *Plinio* inter hortorum ornamenta ponantur, alii tamen hortorum antistites in illis laudandis pauci sunt. Passim quidem rosaria (ῥοδῶνες), inter quae Paestana (*Virg. Georg.* IV. 119. *Ovid. Metam.* XV. 708. *Propert.* IV. 5. 89.) principatum tenent, celebrantur, ab ipso *Columella* tamen obiter satis ac veluti in transcursu tractantur, et ab eodem, siquidem ejus κυνοσβάτος s. sentis canis idem cum *Dioscoridis* frutice est, ad hortos sepiendos commendantur (*R. R.* XI. 5.). Nihilosecius tamen plures sativas *Plinius* (*H. N.* XXI. 4.) enumerat, a loco natali dictas, tam breviter tamen descriptas, ut in illis cum nostris conferendis, quod mediae aetatis scriptores et aliqui nuperi periclitati sunt, et quae omnes ex hortensium coetu et forsan ex R. Chamaerrhodi nostrae varietatibus sunt, dubii haereamus. Inter has, praeter *melitensem* a *Tullio* (*Verr.* V. 2.) praemonitam, celeberrimas facit, et a R. sylvestribus s. ca-

ninis caute distinguit: ***praenestinam,*** novissime desinentem; ***campanam,*** praecocem simulac centifoliam; ***milesiam,*** colore ardentissimo insignem, duodena folia haud excedentem, seram; ***trachiniam,*** illi quidem similem, minus tamen rubentem; ***alabandicam,*** viliorem illam albicantibus foliis; ***spineolam,*** vilissimam; ***graecam,*** graecorum λύχνιδα, in humidis locis provenientem, nec unquam folia quina excedentem, violae magnitudine; ***graeculam*** aliam, convolutis foliorum paniculis nec nisi manu coacta, dehiscentem; ***moscenton,*** caule malvaceo, foliis oleae, et denique ***coroneolam,*** quae sola odorata, quum reliquae plane inodorae sive odoris jucundi et angusti sint; ***auctumnalem,*** magnitudinis mediae, in rubo nascentem; odoris varietatem autem sive ex adulteratione, sive ex soli et coeli temperie, sive denique ex anni lusu derivat, ejus sedem cum ***Aristotele*** (διὰ τὶ ἥδιον τῶν ῥόδων ὧν ὁ ὀμφαλος τραχὺς ἐςὶ, ἢ ὧν λεῖος *) ***Probl.*** XII. p. 917.) et ***Theophrasto*** (ἐν τοὶς μεγάλοις, ἐνῳδη μᾶλλον ὦ τραχὺ τὸ κάτω, ***Hist. pl.*** VI. 6., quae verba ***Sprengelius*** (***Naturg.*** II. 240.) male ad R. villosam transfert) in alabastrorum hirsutie glandulosa i. e. „corticis scabritia“ constituit. Quae his tum fama tum aetate praecellunt: ***Sexagintifolia*** illa est, a ***Mida,*** Gordo, ex Adonia in hortos macedonicos translata (***Herodot.*** VIII. 138. ***Nicand. apud Athen.*** XV. 491.), et ***Centifolia*** a ***Theophrasto*** (***Hist.*** VI. 6.) in Pangaeo, Thraciae monte suae terrae proventu

*) Ideo *Timachidas* apud *Athen. Deipn.* XV. 682. rosam, ab Arcadibus εὐόμφαλον vocari, scribit.

nata inque agris Philippicis ipsa plantatione proficiens (*Plin.* XXI. 4. *Athen.* XV. p. 682.). Alias graecas *Athenaeus, samias* v. *es* biferas (XIV. 653.) et *Nicandro* teste, *nisaeas, lethaeas, leucophrydes, phaselicas* (XV. 683.), quae *Apollonio* monente unguentum nobilissimum praestant (XV. 688.) et *cyrenaicas,* odoris praestantissimi et unguentum pulcherrimum (*Plin.* XXI. 4.) stillantes (*Theophr. de caus.* VI. 18. *Athen.* XV. 689.) laudat.

Haec fere sunt, quibus priscorum monumenta, aliis ad usum oeconomicum et medicum spectantibus omissis, Rosae historiam concinnarunt. Neque melioris notae sunt mediae aetatis auctorum studia ad *Linnaeum* usque, quae quidem in priscorum observationibus adhibendis illasque ad indigenas transferendis sive cum nostris comparandis (*I. Car. Rosenbergii Rhodologia s. generosae rosae descriptio, flosculis philosophicis, philologicis, philiatricis, chymicis adornata, Argent.* 1620); sive in floris praestantia celebranda (*Laur. Straussii Oratio de encomio rosae, Giess.* 1662; *Sylvii Orat. de Rosa, Hafn.* 1601; *Bennemann, die Rose zum Ruhme ihres Schoepfers, Leipz.* 1743. *Camerarius, Rosarum dignitas, in Syllog. memorab.* Cent. III. 146.); sive in facultatibus medicis explorandis, ad pharmacopeam integram concinnandam factis (*Ant. Fumanellius, de Rosarum partiumque ipsarum et omnium quae ex rosis fiunt facultatibus,* in ej. *opp. Basil.* 1543.; *Nicol. Monardus, de Rosa et partibus ejus, de succi temperatura, Antv.* 1564.; *Dan. Ludovici observ. de olei rosarum veri majori obtinendi copia,* in *ej. opp.* 1712.; *Alex. Alexii de*

syrupo rosato solutivo libellus, Patav. 1630.); sive denique in partium singularum degenerationibus, monstrorum loco in hoc frutice minime raro provenientibus et insectorum operibus, fruticis nisu vegeto immutatis diligenter commonstrandis (*Ehrenf. Hagedorn, Cynosbatalogia, Jen.* 1681; *Grassius, de degeneratione Rosarum, item de Rosis proliferis:* in *Ephem. N. Cur. Dec.* I. ann. 4. 5. p. 37.; *Cnoepfel, de Rosa triplicata;* ibid. Dec. I. 44; *de rosis proliferis* in *Bresl. Natur- und Kunstgesch.* 8. Vers. p. 716; *Sachs, Rosa prolifera;* in med. siles. sat. V. 35.; *Wagner, Observat. de Rosis plenifloris proliferis, Lips.* 1700; *Valentini, rex rosarum novus:* in *Ephem. N. Cur.* I. 328; *Schuster, rosa monstrosa,* l. l. VI. 185. *Camerarius, spongia rosae sylvestris quid?* in *Syll. mem. cent.* 17. p. 1414.) aliorumque ejusmodi opera subtilitatum plena, — fontes spondent limpidos, in ipsis speciebus scite distinguendis tamen nihil praestant ac plane futiles sunt. His scilicet temporibus *Matthioli* dictum nefandum invaluit, rosas cuicunque tam notas tritasque esse, ut quaevis descriptio supervacanea esse videatur („die Rosen sind menniglichen bekannt, dass es unnöthig, ihr Gestalt und Gewaechs zu beschreiben," *Kreuterb.* p. 55.)! Hinc pertenues tantum rivuli, ad Rosarum historiam ex hujus aetatis auctorum scriptis derivantur, et quamvis *Camerarius, Parkinsonius, Clusius* et *Gesnerus* sativas, *Clusius, J. Bauhinus, Lobelius, Tabernaemontanus* aliique sylvestres bene exposuerint figurisque rudibus plerumque illustraverint, omnium denique eo tempore

notarum synonyma *C. Bauhinus* in *Pinace* solita ἀκριβεῖς enumeraverit, singulas tamen species ex habitu, florum colore aliisve differentiis ignobilibus distinctas esse illisque innotuisse, ex eorum titulis et descriptionibus patet.

Nova quidem lux cum *Linnaeo* plantarum systemati, neutiquam autem Rosarum generi adfulsit, idque tam orbum et observationibus novis destitutum in Speciebus pl. redit, et ob specierum descriptiones nimis breves et ex partium ignobilium examine haustas, fastidit, ut praeter titulos *C. Bauhino* jam aliisque scientiae statoribus notos, vel ab ipsa natura habitu proprio praenotatos, novis nominibus inscriptos, ulteriore attentione plane non dignum esse videatur. Quamvis id ita sit, nihilosecius tamen Rosarum definitiones Linnaeanae per longum tempus invaluerunt, et non solum in editiones novas ipsamque Willdenowianam, sed quoque in alias quascunque plantarum enumerationes integrae transierunt, donec tandem circa finem seculi praeterlapsi et nostro potissimum tempore, nova et opera et successu cum prioribus, plane non comparanda illuxerint studia, quibus cum specierum cognitio penitior haud mediocrem nacta est ambitum earumque numerus novis permultis iisque tamen denuo castigandis et ad trutinam vocandis auctus! Retractarunt nempe, ut a singulis ordiamur, titulos Linnaeanos, sive novas species bene descripserunt: graecas ab *Herodoto, Theophrasto, Nicandro, Athenaeo,* sicut vidimus traditas, *Sibthorpius, Smithius* et *Sieberus;* austriacas *Clusius (Histor. stirp. Antwerp.* 1601.), *Crantzius (Stirp. austr.* fasc. 6. 1769),

Jacquinus (Fl. austr. 1778); gallicico-austriacas, *Besserus (Primit. flor. gallic. austr.* 1818.), bohemico-austriacas, *Pohlius (Fl. bohem.* 1792.), *Opizius* (in *Ephemer. bot. ratisbon.* var. locis); suecicas, *Afzelius (Dissert. acad. de rosis Suecan.* Tentam. I—XI. *Upsal.* 1804 — 11., denuo excusa in *Koenig et Sims* Annals *of Bot.* 1805. n. 5.), *Swartzius (in Svensk. bot.* et in *Summa vegetab. Scandinav., Holm.* 1814.), *Wahlenbergius (Fl. lappon., Berol.* 1812., *Fl. upsal.*, Holm. 1820., *Fl. suecic.*, Upsal. 1826.), *Friesius (Novit. flor. suec.* part. I., *Fl.* holland. p. 84—87.), *Hartmannus (Handbok uti Scandinav. Flora,* p. 195 — 197.); sibiricas aliquot novas *Wikströmius (Nagr. Art. af Växtslägtet Rosa, in Ur. K. N. Acad. Handl. II. H.* 1820. et seorsim, Holm. 1821.); *germanicas, Tragus (New vollk. Kreuterb. Strasb.* 1560), *Rothius (Fl. germ. Lips.* 1788.); *anglicas, Rajus (Synops. stirp. brit. Lond.* 1690., *Lobelius (Hist. stirp. Antv.* 1576.) *Smithius (Fl. brit. ed. Roem.* p. 537 — 541., *compend. fl. brit. inque Bot anglic. var. locis.), Joseph Woods, (a Synopsis of the british species of Rosa,* 1816. in: *Transact. of the Linn. Societ. Vol.* XII. p. 159—234., *illustrata: in Link. Jahrb. der Gew.* Heft. 2. p. 77., *Winch (an Essay on the geogr. distribut. of pl. Newcastl.* 1819. in append. p. 40.); gallicas *Thuillierus (Fl. des environs de Paris* 1790.), *Loiseleur-Deslonchamps, (Flora gallic. Par.* 1806. *Notice sur les pl. à ajout. à la fl. de France,* Par. 1810), *Desvaux (Observations critiq. sur les espèces de Rosiers propres au sol de la France,* lues *à l'institt.* de 31 Mai 1813.,

excus. in: *Journal de botaniq. de la même ann.* p. 112 — 120 et *dans le m. journ.* 1810. Vol. II. p. 317.), *Candollius (Fl. franc.* 1805. Tom. IV. 437 – 448, Tom. V. 532 — 539.; *Catalog. plant. hort. bot. monsp.* Monsp. 1813.); *Bastardius (Essai sur la Flore du département de Maine et Loire, Angers.* 1809. et *Suppl. à l'ess.* 1812.; *Léman, Note sur plusieurs espéces nouvelles de Rosiers des environs de Paris,* extr. du *Journ. de Physique,* Novbr. 1818.; belgicas *Lobelius, Liberta* et *Lejeune* in *ej. flore des environs de Spa,* Liég. 1811.; helveticas *Hallerus (Stirp. helvet. histor.* 1768.), *Reynier, Description de quelques espéces nouvelles ou peu connues de Rosiers, dans les mémoir. de la Société. de sc. physiq. de Lauzanne,* 1784. p. 571,), *Dematra, Essai d'une Monographie des Rosiers indigènes au canton de Fribourg,* 1818., *Seringe (Mélanges botaniques, ou Recueil des observat., mémoires et not. sur la bot.* no. 1. Juill. 1818. p. 1 — 63. *Idem: Musée helvetique d'hist. naturelle, prem. cah. conten. 1) observations générales sur les Roses; 2) descriptions de la R. rubrifolia, et des ses variét.; 3) remarques sur les six premiéres livrais. des Roses de Mer. Redouté. Winterth.* 1818.). Alii vero Rosas finibus circuli cujusdam s. urbis definitis proprias studio singulari illustrarunt: tubingenses *J. Fried. Gmelinus (Enumer. stirp. agro tubing. indigenarum, Tubing.* 1772. p. 148 — 153.; delphinatus, *Villarsius (Hist. des plant. du Dauphiné, Grenobl.* 1786.; friburgenses *Dematra* l. l.; pyrenaicas, *Lapeyrouse (Hist. abregée de pl. des Pyren. Toul.* 1813.); taurico-caucasicas, *M. a Bieberstein*

(Fl. taurico-caucasica. Charc. 1818. et *ej. suppl.* Vol. III. p. 334 — 353.; halenses *Leysserus (Fl. hal.* ed. II.) et equidem in *Anno botanic.* 1815. p. 60 — 69.; palatinatus, *Pollichius (Fl. palatinat.* Tom. II. p. 47 — 55.); badenses, *Gmelinus (Fl. badens.* 1805.); herbornenses, *Leersius (Fl. herb. Berol.* 1789. p. 118 — 20); werthemenses, *Wibelius (Fl. werthem. primit.* 1799.); wirceburgenses, *Rauius (Enumer. Rosarum circa Wirceburgum et pagos adjacentes sponte nascentium. Norimb.* 1816); heidelbergenses, *Dierbachius (Fl. heidelberg.* 1819) et *Maerklinus,* qui Rosas circa Vieslochium crescentes laudabili diligentia collegit et amicis communicavit, honoris caussa nominandus.

Barbaras qualescunque inque hortos europaeos decoris gratia introductas exposuerunt: *Plinius* l. l., *Conr. Gesnerus* in hortis german., *Clusius* in stirp. hist., *Camerarius* in horto; *Jonston* in *Dendrographia (Frcf.* 1662.); *Münchhausen in dem Hausvater,* B. V. p. 350. inque: *Verzeichn. aller Baeume und Stauden.* Hannov. 1770.; *du Roi (die Harbkesche wilde Baumzucht.* 1772. Tom. II. p. 330 — 370.); *Ehrhart (Beytraege zur Naturk.* 1787.); *Desfontaines (Histoire des arbres et arbrisseaux,* Paris. 1809. Tom. II. p. 159 — 193.); *Willdenow (Berliner Baumzucht,* 1811. p. 379 — 400.); *Hayne (Dendrologische Flora,* 1822. 92 — 105.); *Link (Enumerat. pl. hort. berol. altera.* 1822. p. 55 — 60.) et *Pronville (Sommaire des espéces, variétés et sous-variétés du genre Rosier, Par.* 1822.). Earum culturam novosque proventus eliciendi rationes tradiderunt: *Läders (bot. prakt. Lustgaertn.* Tom. II.).

Moench (Verzeichn. ausl. Baeume u. Weissenst. p. 124.); *Boso (Dictionn. d'agriculture,* T. II. 302.); *Lelieur* aliique hortulani. Alii ex his divitiis hortos vivos exornarunt, in Gallia v. c., *luciburgenses,* in quibus, speciebus simul additis, Rosae varietates 1200 et ultra coluntur; *enghienses,* in quibus Rosae tricentae commonstrantur, et complures alios a *Dupont, Noisette, Vibert, Villemorin, Godefroy, Putaux, Redouté, Thory, Dumont de Courset* et *Cels* instructos; in Anglia, *Kewenses, Telsonii* et *Sabinei;* in Germania *berolinenses, herrenhusanos, schwetzingenses, Waitzii, Wredei* aliorumque. Siccos publici juris fecerunt *Ehrhartus* in *phytophylac. arbor.* et *Seringeus* in *Decad. rosar. exsicc.* V. 1818. Pictis in operibus iconum nitidissimarum copia inclarescentibus et pretiosissimis curam impenderunt: *Andrews (Roses; or a Monograph of the genus Rosa,* Lond. 1787.); Miss. *Lawrance (Collection of Roses engraved, coloured from nature, Lond.* 1796.; *Roessig (die Rosen; les Roses;* Fasc. 8. Lips. 1800.) et *Redouté (Les Roses; avec le texte* par *C. A. Thory. Paris.* 1817.).

Tam praeclaris prorsus, Rosarum genus commendatum ingeniis, tam speciosis exornatum augmentis, alios allicuit, qui studio singulari generis integri historiam tractarunt: *Hermannum (Dissertat. inaug.bot. — medica de Rosa. Argent.* 1762.); *Roessigium (Oek. bot. Beschreibung der Rosen.* Lips. 1799.; *Schrankium, in Fl. bavaric.* Tom. II.; *Poiretium (la monographie du genre Rosier, dans le Dictionn. de botan. de l'Encycl. method.* Vol. VI. et Suppl. Vol. IV.); *Thoryum*

(*Prodrome de la Monograph. des espéces et variétés connues du genre Rosier,* Par. 1820.) et denique feliciorem illum de eodem genere auctorem *Lindleyum* (*Rosarum monographia; or a botanical history of Roses, with nineteen plates. Lond.* 1820., lingua gallica reddita a *M. de Pronville Monographie du genre Rosier. Paris.* 1824.). Ex his vero novum concinnavit suisque observationibus auxit simulac novarum specierum sylva obumbravit: *Trattinnickius* in *Synodi botanicae* voluminibus duobus *Rosacearum Monographiam* enarrantibus, *Vindobon.* 1823.

Retractarunt inter haec studia singularia genus systematis vegetabilium auctores: *Linnaeus* (*Spec. plant. Holm.* 1762. Tom. I. 703 — 705.), *Willdenowius* (*Sp. pl. Berol.* 1799. Tom. II. 1063 — 1080.), *Persoonius* (*Synops. plant.* Paris. 1807. Tom. II. 47 — 50.), *Sprengelius* (*Syst. veget. Gotting.* 1825. Tom. II. 546 — 556.) et denique *Seringeus,* auctor gravissimus, in *de Candollei prodromo System. natur.* (*Paris.* 1825. Tom. II. 597 — 626), generis historiam tamen et specierum numerum tam varia ac ancipiti digesserunt mente, ut vel ipsis dissensionibus de speciebus Rosarum novis jurgia jactare et aliquam generis tractandi inscitiam redarguere videantur. Quae quum ita sint, *„rhodologiae clavis,“* ut cl. *Biebersteinii* verbis (*Fl. taur.-cauc.* III. 353.) utar, *„hucusque et nunc quoque desideratur et afferat denique lucem huic intricatissimo generi dies!“* —

Caput II.

Partium Rosae fruticem integrum tum congruenter tum invita natura constituentium, examen succinctum.

Frutices rosarum e seminibus s. carpellis nascuntur, turionum ope propagantur, demum rato aetatis tempore ex gemmis informantur iisque succrescentibus, ramulis, ramis et trunco componuntur. Quae ex *carpellis* solo terso ac umbroso mandatis, post annum, inter folia seminalia s. cotyledones ex nodulo rhizode adscendunt initia fruticis juvenilia et radiculam fibrillosam fuscam agunt, foliis a basi inde anguste-stipulatis oligozygis, remotis augentur, valde gracilescunt, praeter aliquot glandularum stipitatarum rudimenta incondita, inermia ac simplicissima omnino sunt, eodem anno culmi secalini molem ferme attingunt, altero glandularum loco ipsos aculeos, generi dotis loco commissos acquirunt, foliorum petiolo appensorum numerum augent, gemmas intrastipulares proferre incipiunt, ramulorum novellorum naturam prorsus subeunt iisque componuntur, et tertio demum anno, secundum stirpis indolem genuinam solique conditiones varias magis minusve adolescunt, ramos

ramulis floriferis auctos aliquot spargunt, fruticis naturam nunc perficiunt eamque tum his partibus tum truncq subnixo et radice lignosa, fusca, longe lateque procurrente turionesque defossos s. emergentes sustentante, perenni (*radix turionifera Mirb.*) declarant. Turiones (*radicis ocelli Plin., Wurzelschosse*) veluti gemmae radicales, e radicis basi terrae defossa, verrucarum instar propullulant, primum valde turgent, nunc dilute rubent nunc straminis instar fuscescunt cum squamis imbricatis concoloribus, dein vero strictius et procerius quam aliae partes assurgunt, secundum variam matricis molem, magis minusve adolescunt ac producuntur, plerumque tamen annotini insigniter invalescunt (*vitis rosae Plin.*), inferne aliquot squamis scariosis, obtusis, fuscis, deciduis et foliis stipulatis, alternis et spiraliter dispositis, majoribus, superne magis condensatis, internodia magis minusve approximata distinguentibus cum aculeis plurimis sine ordine dispersis formaque variis ornantur, et denique post solstitium gemmis intrastipularibus augentur, ex quibus eodem anno folia, sequenti ramuli emergunt, qui itidem tertio in ramos et turio ipse in truncum immutantur, ad flores fructusque proferendos idoneum. Rosae prorsus triennium in fruticis vegetatione informanda consumunt et totidem stadia decurrunt, ita ut illae quae „e semine tardissime proveniunt“ (*Plin.*), primo anno in cotyledonibus informandis, quae ex gemma radicali propullulant, in turionibus, utraeque altero in gemmis concinnandis, tertio demum in ramulis floriferis, ramis truncoque subnixis recolligendis,

vitam expleant eamque vegetatione continuata consumant. Fruticulo sive seminali sive viviradici innovatio ex gemmis propria est, nec sine his truncus ramulive informantur. Sunt vero gemmae sive foliiferae solum sive ramuliferae eaeque mixtae, ramulum novellum sterilem s. fructiferum relinquentes. Utraeque in plurimis speciebus solitariae, apud nonnullas circa ramulorum fastigium geminae, emersae sive intra foliorum axillas delitescentes *(gemmae intrafoliaceae)* lignoque adpressae sive cicatriculae annulorum stipularium succrescentes *(g. nudae)* crepidique elevatae impositae. Gemmae foliiferae biformes esse solent: aliae intus deplanatae, extus convexiusculae, apice rotundatae et primum ex squamis binis jugiter conniventibus, altera nimirum in rostellum hamatum producta alteram obtusam obtegente compositae, eodem anno post solstitium in folium, stipulis convolutis foliolisque ternis stipularum auriculis interjectis compositum abeuntes, fundo gemmae ramuliferae initium sequenti anno emergens nec ramulum assurgentem comprehendentes; aliae in ramulorum floriferorum axillis, ex squamis ovatis, amplexicaulibus, viridibus compositae, rudimentum ramuli semet informantis, stipulis in fasciculum cylindricum convolutum involventes. Gemmae primitus statim de ramulis et flore sequuturo spem facientes, vera sunt ramulorum florentium hibernacula; ovatae, obtusiusculae, pro varia fruticis indole leio — s. eriophloea, nunc glabrae nunc puberulae, ex squamis ovatis, imbricatis, scariosis, fuscis compositae, clausae prorsus

s. perulatae, per brumam persistentes et vere ineunte s. frondescentiae tempore, ramulum turgescentem non solum transmittentes sed quoque aculeorum circa basin succrescentium spem adferentes. Haec vero gemmarum integumenta externa (*perula Mirb., involucrum, squamae auct.*) foliorum vernantium solum comites, fugaces circa ramuli basin emergentem reclinantur, juxta illam postea aeque ac folia inferiora decidunt, et annulis in circulum dimidium transversim ductis fuscis, *internodia* magis minusve in fastigio autem valde approximata aculeisque rarioribus infesta distinguentibus, ordine scalari inscribunt (*annuli stipulares, cicatriculae semicirculares*), qui quidem in plurimis fruticibus ob nisum aculeos emittendi, aculeis majoribus, numero quidem et figura variis, saepius tamen binis quaternisve muniuntur (*aculei substipulares*).

Novus pro frutice informando cum gemmis incipit ordo, sine quibus neque seminis proles neque radicis propago componi nec quoque ramorum truncique notio statui potest. Qui primum ex gemmis foliorum superiorum s. supremorum sive a latere sive e fastigio emergunt et vernationis tempore prolem s. propaginem componunt, ramuli horni sunt (*novelli*), cum illo divergentes, alioquin cum floriferis exacte congrui, et vix nisi floris defectu diversi, stirpis naturam genuinam tum habita superficiei tum foliationis ratione praenotantes eaque indole a matre plane non alieni, basi stipularum rudimentis aphyllis s. stipulis folia oligo-s. polyzyga gerentibus aucti, post solstitium

ejusdem anni gemmas novas proferentes, et demum cum vernatione sequutura in ramorum naturam abeuntes. Rami (*virgae Plin. Clus., caules Linn.*) igitur, quoad originem novelli sunt tum aetate bima tum indole interna i. e. naturam ligneam subeundi gemmasque proferendi nisu mutati, matri alternatim superinjecti, cum illa nunc assurgendo divergentes nunc propendendo cum illa veluti deliquescentes (*rami viminei*), et ex gemmis inter vernationem proximam alios novellos spondentes. His vero, a novellis neque directione neque superficie, saepius tamen mole et longitudine alienis, flores e fastigio plerumque succedunt (*ramuli floriferi, les rameaux Pronv., the branchlets Lindl., die Blüthenzweige vern.*), iique unigeni ante solstitium flores fructusque, post illud gemmas novas spondent, quae plerumque hibernant, et sequenti anno alios ramulos eodem, quem modo exhibuimus ordine trudunt, sive eodem anno post solstitium coelo favente, in novellos sterilescentes floriferis subnixos immutantur. Singulis partibus ita informatis sibique rite succedentibus, s. initiis fruticuli juvenilibus tum e semine tum e radice sub turionum specie, prodeuntibus, primum in ramos novellos, his iterum in ramos ramisque denique in ramulos floriferos inversis, truncus informatur, quo partes superadditae non solum suffulciuntur, sed quoque fruticis natura perficitur.

Inter hanc partium morphosin et ratum successionum ordinem, pro maxima parte varius fruticis habitus, ad quem significandum *Plinius* jam, *spinae*,

rubi, fruticis et *vitis* notiones ab auctoribus male expositas adhibuit, quamvis trunci ramorumque innixorum dispositione perficiatur.

Caudex sub ramuli novelli specie ex semine emergens, fruticis natura jubente aeque ac turio ex gemmis radicalibus propullulans, recte assurgit; ille annotinus gracilis, hic validior multo magisque turgescens, suo tempore in truncum immutatur, a directione semel capta et proceritate vix nisi fortuito deflectit, assurgit prorsus (*truncus erectus*) eoque magis invalescit et erigitur, quo laetiora fuerint fruticis primordia, vel e contrario imminuitur et deprimitur, quo magis fruticis juvenilis vigor infractus sit. Hinc trunci ex turionibus strictius assurgentibus, quin eodem nonnisi anno orgyalem jam adficientibus proceritatem emergentes, reliquis proceriores et crassiores esse solent (*frutex Plin.*), aculeis et majoribus et copiosioribus inhorrescunt (*spina Plin.*), sponte, nisi falce prohibeantur, bi-tricubitalem attingunt altitudinem inque digiti molem invalescunt, in hortis cultu et soli conditione commoda accedentibus, hanc proceritatem non solum retinent (*frutices proceri, hochstaemmige Rosen*) sed quoque ita augent, ut altitudinem 20 — 30 pedalem assequantur et domiciliorum patruorum tecta attingere ac veluti arborescere videantur (*fr. arborescentes, baumartige Rosen*). Frutices proceros, qui in sativis sunt et ob gemmas aliarum nobiliorum insitas aliquam nobilitatem nanciscuntur, jam in hortorum deliciis frequentioribus scio: qui vero arborescendo consenuerunt, plane rarescunt.

Inter illos tamen frutex hildesiensis, sacer ille, et quidam alii in suburbiis thuringiacis pone tecta apricantes, aliquam celebritatem, Rosa arborea *Pers.* vero, quamvis mera sit R. moschatae varietas, praeter hanc locum in systemate obtinuerunt. Frutices ex seminibus satis nati, *Plinio* jam auctore, non solum tardissime proveniunt sed quoque augmenta minus laeta capiunt, minus invalescunt nec tam procere attolluntur, praeter alias ambiguitates igitur, genuinam fruticis magnitudinem saltem praestant illamque secundum stirpis nisum, variam quidem et vix nisi ab exercitato rite statuendam, plerumque tamen inter 1 — 6 pedalem ambigentem, ex aetate demum perficiunt ac servant. Qui minores sunt nec pedalem quidem attingunt proceritatem, trunco scilicet unciali s. digitali eoque in ipsos ramos deliquescente innituntur, deflexus qualiscunque a proceritate genuina suspicionem subeunt eamque minutiem sive ex solo macro et aprico sive ex alia quacunque aberratione interna, v. c. ex nisu stictophyllino penitiore, sponte nanciscuntur, seu quoque tales ex dexteritate evadunt et circumcisi redduntur. Ejusmodi frutices *nanorum s. pygmaeorum* titulis *(Zwergrosen)* innotescunt, in hortorum deliciis sunt, in systemate autem varietatum nanarum nominibus sive stirpi subscribuntur sive omnino negliguntur.

Majoris momenti *rami* sunt eorumque superadditorum dispositione, habitus proprius evidentius praenotatur. Gemmae, quamvis primum trunco arcte adprimantur et sursum tendere videantur, cito tamen

patent, a trunco leniter dimoventur, et generis natura jubente, ramulos sistunt alternos, sparsos, axillares, inter angulos varios patentes, cum quibus demum, ramorum naturam subeuntibus, alii superadditi divergunt et in trunco, sive eriguntur illique nodulo cicatrisato interjecto adfiguntur, sive cum illo deliquescunt (*truncus in ramos deliquescens, tr. in ramos solutus auct.*), nec praeter levem a gemma terminali factam flexuram, colore quidem nec vero crassitie vel alia quacunque indole inter se differunt, simul vero longius plerumque producuntur, viminum instar propendent (*rubus s. vitis rosae Plin., rami viminei, sarmentosi*), et nonnisi insignem adipiscuntur longitudinem, *R. Banksiae* v. c. in h. par. 40 —, R. *Leschenaultiana* 70 — pedalem. Eandem directionem *ramuli* ramis innixi quoque obtinent eamque in eodem trunco repetunt, ita ut ex ramis ramulisque innixis brevioribus approximatis et condensatis, *habitus arbusculaeformis*, ex longioribus autem *habitus ramosus, ramosissimus* et *patulus*, (qui sibi commissus nec ex manu coactus, satis inconditus evadit et ex ramis rarioribus iisque simplicioribus *h. simplicem*, (*caulis malvaceus Plin.*), ex multis vero *habitum dumosum s. impleaum* recolligit), sive ex ramis deliquescentibus et propendentibus, *habitus laxus* et *vitigineus* efficiatur. Praeter hanc directionem novellorum, rami ex illis semet informantes, longitudinis ratione summam afficiunt potestatem, quae praesertim in sepibus, et versuris inque hortis neglectis tanta est, ut turiones in ramum praelongum arcuatum producantur et

ramulis floriferis brevioribus plurimis, a fastigio inde succrescentibus obtegantur. Ejusmodi vero frutices bimi esse solent iisque *habitus arcuatus* comparatur. Fieri quoque solet, ut rami graciliores quidem at ex natura recti, sive ex levi nodi contractione sive ex primo gemmae in ramulum demum turgescentis situ aliquantisper dimoveantur et a directione lineari deflectant (*habitus flexuosus*). Ne vero rosarum frutices silvescant sarmentis vel in omnes partes nimii fundantur, ad quem *habitum effusum* ob gemmas per fruticem integrum divulgatas valde proclives tendunt (*frutex rosae Plin.*), vel habitu incondito ab omni ordine, florum praestantiae congruo deflectant, frutices spontaneos cavere solet usus domesticus et sativos decoris ostentatio, ita ut in oppidorum et pagorum vicinia, frutices integri nec suo tempore recisi et detruncati rarescere omnino, sibique commissi vix nisi in locis dissitis inque nemoribus derelictis occurrere soleant. Ex hac scilicet caussa, habitus stirpi cuicunque proprius aegre statuitur, et praeter alias aberrationes ex manu machinatas, aliis ex loci conditione, turionis vigore ac indole, aetate et natura interna patet innumeris, et saepius profecto plane alienum mutuat inque hortis mire concinnatur.

Nec ramuli floriferi ab habitu mutando alieni sunt eumque numeri et longitudinis ratione varium praestant. Breves v. c. et inter se approximati in ramis protensis aequaliter appensi, *habitum sertaceum*, in coronam dispositi *h. coactum* immiscent.

Quae quum ita sint quumque rami ex ramulis

fiant ramique in truncum, desinant sibique invicem succedant, aetatis successionibus prorsus s. succrescendo contingant, singularum partium integumenta sive congruant inter se, sive, quibus obnoxiae sunt, mutationes ex aetate et functione diversa subeant et faciem externam variam nanciscantur, necesse est. Obteguntur autem omnes, quae caudicem adscendentem perficiunt partes *epidermide*, quae in frutice juvenili ac integro laevissima, continua et viridis esse solet et punctulis resinosis inscribitur, intus vero, praeter partem fibrosam, substantiam myricinam, resinae et albuminis quid praestat.

Omnes epidermide tectae partes, turiones maxime et ramuli floriferi, inquinamento quopiam subtilissimo, amylaceo, detergibili, a telae cellulis lucem ac solis radios perferentibus projecto adsperguntur ac veluti irrorantur (*ros, Thau Vest.; pruina, Reif DC. Spr.*). Ex hoc rore praesertim vere et plerumque brevi post vernationem tempore penitius subeunte et exhalato, epidermidis viror genuinus glaucescere incipit, ita ut halitu glauco (*the glaucous hue Angl.*) tanquam suffusa esse videatur (*ramuli roridi*). Quamvis evidentius ros semet exhibeat oculis, nec tamen plenam offert fidem, generi integro potius quam singulis speciebus proprius nec ab aliis sequelis alienus. Hinc paucae species a rore omnino immunes sunt ac deficiunt et inter alias formas, stirpis natura jubente tum a rore tum ab aliis inquinamentis alienas (*formae herbescentes s. intactae*), lubentius roridas, intactis oppositas, proferunt. Ex rore vero epidermidem

subeunte, 1) folioli parenchyma cum nervis venisque interjectis simul, hyalinum evadit, cum quodam flavore pallet, dum exsiccatur, magis riget, et sive in alteraquaque, saepius tamen in inferiore sive in utraque folioli pagina prodit, et virori paginae superioris oppositus foliola *discolora* s. eo utrinque excusso, utrinque *glaucescentia* v. concolori-glauca exhibet. 2) Foliola a glandularum secretione hypophylla deflectunt eamque vero in petiolis et margine augent. 3) Petala corollae rosam saturatiorem plerumque subeunt, habitu prorsus alieno decipiunt.

Nec a pube ramuli et reliquae illis subjectae partes immunes sunt illamque raro sive naturae congruenter sive invito induunt et demum sive tenuatam servant sive prorsus abjiciunt. Hinc pubes ramulorum, quam cl. *Lindleyus (praef.* 23.) pro nota stirpis stabili ac inconcussa declarat, ancipitem spondet notionem, et in aliis *(R. bracteata)* stirpis naturam, in aliis formae cujuscunque notam *(R. berberifolia, cretica, camtschatica, villosa) eriophloeae* titulo leiophloeae opposito praemonitam complectitur, stirpes prorsus e natura consanguineas, ab auctoribus autem longe remotas, amico comprehendit vinculo, et familiae „*ferocium*“ ramulis tomento persistente vestitis insignium notionem infringit. Eam vero pubis sericeae, tomentosae et pilosae in ramulis ambiguitatem, vel R. berberifolia sola, aliis notis apprime recognoscenda redarguit, nisi stirpium aliarum varietates eriophloeae leiophloeis oppositae satisfaciant!

Pubi saepius interspersae sunt nec tamen etiam in

ramulis glabris deficiunt glandulae, partis indole jubente, breviter longiusve stipitatae, muricum vices veluti agentes capituloque glandulaeformi abjecto, aculeolorum mitiorum (*setae Lindl.*) naturam s. indolem centesimatosam (*Hayne*) subeuntes. Earum prima initia in punctulis illis albidis in epidermide viva delitescentibus et in exsiccata halonum flavidorum specie semet praenotantibus constant, quarum nonnullae levissime emergere incipiunt, summam epidermidis pelliculam papillae instar contrahunt, constipant inque apicem fuscum producuntur. Ex his vero asprities quaedam vel parti aliqua rigiditas committitur, et varietates *trachyphloeae*, valoris specifici expertes, concinnantur.

Aculeos sensu generali (*arma Lindl.*) Rosae generi proprios *mythus* et proverbium vernaculum profitentur, speciali in aculeolos et aculeos proprie sic dictos dignoscantur necesse est. *Aculeoli* (*Spitzstacheln*) qui a cl. *Lindleyo* promiscue setae vocantur, ex epidermidis callo emergunt, sub illa semet informant, ab illa tum basi tum reliqua parte vestiuntur, primum innocui plane ac herbacei, dein succo veluti destituti, intus lignescunt, e basi plerumque rotundata, convexiuscula, umbonata s. bullosa sensim recte aequaliterque tenuantur, nunc primitus jam i. e. ab ortu inde nunc deinceps glandula terminali evanescente inque mucronem aciculatem, horizontaliter patentem s. reversum tenuati exacuuntur, compagem ad longitudinem potius quam ad crassitudinem consumunt ideoque nonnisi eximie producuntur,

cortici tamen levius tantum adhaerent, saepius cum epidermide desquamante frangunt inque illa sive eorum rudimenta sive bullas rotundas, concolores, vertice pertusas relinquunt. *Aculei* (*Krummstacheln*) contra ex ipso cortice prodeunt eique infixi sunt, summa epidermidis pellicula solum velantur, e basi ovali, oblongata, nonnisi amplius longitudinaliterque excurrente et praesertim juventute valde et ad mensuram linearem angustata, saepius margine corticem transeunte, volvata, libera, sive linea discolore cincta (*Schildstacheln, Roess.*), nunc in apicem teretem rectum eumque brevem abrupte tenuantur (*ac. conici*), nunc longius producuntur et lunae dimidiatae instar inflexi deorsum spectant (*ac. falcati, incurvi*), nunc apice solum incurvantur (*ac. uncinati*). Hi vero colore saepius ab epidermide alieno, helvolo, stramineo, eburneo, roseo caesioque praecellunt, ab ortu inde sine succi abundantia constipantur, aliquam duritiem corneam s. lignosam afficiunt, persistunt, tactum perferunt, sive ex casu et contactu violati, integri secedunt, fundum vulneris concaviusculum erasum, aculeorum basi conformem, nec epidermidis pellicula tectum recludunt et cicatriculam elevatam angustiorem suo tempore inducunt (*cortex cicatrisatus*). Utrique caeterum figura et magnitudine perquam ambigui, in variis ejusdem fruticis partibus inter se concurrunt (*aculei inaequales, difformes, inaequales, subaequales, majores et minores Lindl., duplices Spr., potius biformes*), a glandulis stipitatis scite dignoscendi, generatim secundum partis, quam obtinent, varietatem, turiones,

ramos, ramulos novellos et floriferos, petiolos nervumque foliorum intermedium armant, sive secundum sedem variam ac numerum, stipulis subjiciuntur (*ac. substipulares*), internodia sparsim et sine ordine (*ac. sparsi, ramuli ex aculeis infesti*), sive confertim occupant (*ramuli ac. horridi, torvi, densissimo spinarum vallo muniti Clus., frutex poly-myriacanthus, spina Plin.*), sive primitus statim deficiunt (*frutex primitus inermis, mitior*), sive demum ex aetate, fruticis nisu naturali in trunco et ramis juventute aculeatis evanescunt (*fr. deinceps inermis*); secundum magnitudinem, breves sunt, vel praelongi (*ac. pugioniformes Lindl.*); quoad directionem horizontaliter nunc patent (*ac. patentes*), nunc deorsum spectant (*ac. inclinati*), nunc reflectuntur (*ac. reversi*), nunc denique eriguntur (*ac. porrecti*) eumque situm, junioribus et stipulis, quibus ramuli emergentes involvuntur, arcte inclusis proprium, vix nisi in turionum et ramulorum novellorum foliis approximatis munitorum fastigio retinent.

Ex his vero, quae fruticem integrum investiunt partibus modo laudatis, paucae per vitam integram persistunt, aliae rato tempore evanescunt, iterum aliae accedunt denuo vel fortuito superveniunt, et faciem fruticis externam mutant ac perficiunt. Evanescunt: 1) *summa* epidermidis *pellicula*, quae primum in cortice tanquam ex inflatione subeunte assurgit, cinerascit, et demum in furfures s. pannos latos hyalinos desquamatur hisque exuviis excussis, epidermidem interiorem recludit; 2) aculei cujuslibet

generis ac figurae, lubentius tamen aculeoli, rudimenta aliqua in cortice relinquentes vel contabescentes, et aculei integri secedentes faciemque ab initio praeprimis in surculis ramulisque torvam ac horridam exuentes et cum mitiori et plane inermi mutuantes. 3) Pili frutici juvenili sive novellis praeprimis proprii, in ramis jam disparere ac tenuari incipiunt, in trunco autem penitus evanescunt s. vestigia tantum incondita et obsoleta relinquunt, faciem eriophloeam igitur cum leiophloea mutant. Accedunt: 1) roris halitus sine habitu glaucophyllino; 2) pili praesertim in ramulis floriferis, infra pedunculos ex fruticis nisu eriophloeo s. eriophyllino, generi integro proprio, faciem leiophloeam igitur dirimunt et pubem pilis paucioribus nonnisi praenotatam, ludicram reddunt; 3) *glandulae* stipitatae in ramulorum floriferorum fastigio; 4) glandularum et aculeolorum initia juvenilia sub epidermide delitescentia nec semet rite informantia, inque illa nunc papillarum fuscarum prominularum (*facies aspera*), nunc macularum fuscarum s. bullarum integrarum s. apice reclusarum formam induunt virorsemque varie mutant; 5) *cicatriculae*, eaeque nunc lineares, semicirculares, transversae, fuscae ex petiolorum lapsu, internodia ramorum distinguentes spemque de gemmis succedentibus facientes; nunc majores et latiores, ovales, oblongae, longitudinales ex aculeis delapsis, *faciem cicatrisatam* plerumque aliis quibuscunque rugis plicisque fortuito intercurrentibus mixtam inducentes. Succrescunt fortuito: 1) *rugae, sulci, tricae* prorsus, figurae variae

ac inconditae, ex aetate corticis laevorem penitus invertunt et *faciem rugosam* s. *sulcis exaratam* inducunt; 2) *vegetabilia* quaepiam *syntropha* ex fungorum ordine; aculeis contabescentibus v. c. Sphaeria aculeorum *Fr.* et alii hyphomycetes, trunco ramisque vigentibus quidem, vigorem tamen infringentes; Phloeoscoria mea Rosarum, complures Sphaeriae et Pezizae, Alphitomorphae pannosae meae var. epicaula et al. ejusmodi; 3) *insectorum opera* ex ictu primum illata et metamorphoseos ope et vegetationis nisu inverso favente, naturam vegetabilem mentientia. Inter illa antiquitus inclaruit fungus sic dictus *Bedeguar officinarum* (*spongia cynosbati offic.*, *spongiola in cynosbato Plin.*, *Schlafkauz*), plerumque a Diplolepide Rosae paratus, extus nunc nudiusculus nunc glandulis compositis difformiter intertextis inhorrescens, intus indurescens et vermiculum recondens, a pisi ad pugni molem varians, praeter ramos, foliis quoque, sepalis ipsisque alabastris succrescens. Rariores in foliolis et petiolis gallae pisiformes, nudae. Superveniunt denique alia quaecunque vegetabilia syntropha maxime ex lichenum familia et epidermidis pelliculam ad illa excipienda congruam investiunt.

Folia Rosarum secundum ortum variant et 1) seminalia s. cotyledones, et 2) folia proprie sic dicta sunt. *Folia seminalia*, prima plantulae seminalis germina epigaea, a nodulo rhizode longius, nonnisi 1 — 2 uncias remota illique propria, dicotyledonearum more, bina opposita sunt, ovalia, indivisa, praeter denticulorum rudimenta glandulaeformia marginem

obsidentia, integra, utrinque obtusa, in basin connatam, petioliformem, gracilem dimidiamque folii partem fere aequantem abrupte tenuata, apice ex callo exiguo truncata sive quasi emarginata, pallide-virentia praesertim in facie supina, glaberrima, tenerrima, pellucida, enervia, venis tamen grumosis, saturatioribus, a basi petioliformi inde ad apicem tendentibus et alias laterales interjectas emittentibus, per anastomosin reticulum praestantibus nutrita, post solstitium caduca. *Folia proprie sic dicta*, quae petiolo basi stipulato semiamplexicauli sustentantur, insertione *nodum*, intus ex partium fabrica constipata extus ex gemmis emergentibus recognoscendum, per interjecta intervalla autem *internodium* praenotant, in singulis rosarum fruticibus generatim considerantur secundum vitam, successionem, sedem variam et divisionem. Quoad *vitam* folia alia persistunt s. hibernant (*folia sempervirentia, frondes hibernantes*), simulac fabricam stipatam et glabritiem reliquis magis intendunt, et aliquem nitorem et virorem induunt, alia rato defoliationis tempore, pallido languore suffusa cadunt, sive aestivant solum (*fol. annua, decidua DC., frondes aestivantes*) et pro insertionis rudimento, cicatriculam semicircularem fuscam in cortice relinquunt. Quoad *successionem folia primordialia* primis plantulae seminalis illico succedunt initiis, cormo adscendenti appensa, ex ipsa cotyledonum conjugatione s. paullulum supra, ordine alterno prodeuntia, cum reliquis in frutice adulto succedaneis tum figura generali tum fabrica interna, marginis et coloris ratione congrua, basi sti-

pulis similibus at deorsum magis decrescentibus aucta, et ab illis vix nisi foliolorum numero ternario, petiolo ab auriculis longius retracto et teneritate quadam diversa. Quae his in frutice sensim succedunt, secundum sedis rationem, a turione, trunco, ramo ramulisque, quibus adfixa sunt, nomen habent, ad divisionis modum autem nunc simplicia sunt nunc composita et ad hanc rationem melius exponuntur. *Folia* e natura *simplicia* Rosae berberifoliae solum propria, tum petiolo tum stipulis carent, sessilia prorsus sunt ac exstipulata, alioquin autem cum foliolis ipsis reliquarum, non solum fabrica interna sed quoque dentium figuratione exacte congruunt, nec sicut cl. *Lindleyo*, (*the stipulae in R. berberifolia become confluent, introd.* XXIV.), sive *Trattinnickio* (*Synod.* II. 214.) probatur, pro stipulis confluentibus s. phyllodiis declarari possunt. Nec quoque stipularum transmutatio in aculeos (stipulae spinaeformes), quam *Jussieus*, nec abortus, quem cl. *Seringeus*, vel alius monstri casus, in monstris fortuitis aliarum stirpium proferendis satis efficax accusandus, quamvis unicae tantum stirpi talis aberratio a norma conveniat. Hinc *folia composita* generis typum praestant et recte ad eorum partes, ad petiolum in foliolum impar excurrentem, basi stipulis munitum, et ad foliola appensa considerantur.

Petiolus communis basi semiamplexicauli, constipata ac incrassata cortici infixus, ramulis e gemma assurgentibus firmiter appressus et prima glandularum et aculeorum initia tenera, apicem respicientia

undique fovens, demum erectus vel quoque in novellis pinguioribus et post solstitium demissus ac dependens, ex casu defoliationis tempore destinato, *cicatriculam* sub scissurae transversae, fuscae, linearis, specie in epidermide relinquens, duplices praestat partes: alteram stipulis interjectam, breviorem, dilatatam, extus convexiusculam, nervis nonnisi exaratis glandulisque sessilibus asperam, intus primum pro excipiendo ramulo excavatam, demum deplanatam, laevissimam, tum pilis tum glandulis destitutam, rubore debili plerumque tinctam, nitidam, margine utroque stipulis connatis cinctam (*petiolus intrastipularis*), alteram longiorem illam et ultra stipulas protensam, facie superiore sulco magis minusve contracto, margine utroque membranis brevibus, ceu stipularum rudimentis vestito petiolisque partialibus per paria longius remotiusque distincta s. aliis nonnisi sursum tendentibus monstri loco aucta (*m. pterophyllum*) intercepto, exaratam (*p. canaliculatus*), inferiore clausam, convexam indeque compresso-teretiusculam, in foliolum impar excurrentem, ad mutuam foliolorum paginae inferioris nervorumque hypophyllorum relationem, nunc glaberrimam, corneam, nunc pilosam, tomentosam, nunc glandulis subsessilibus breviterque stipitatis asperam, vel subtus etiam aculeolis mitioribus rectiusculis leniterve incurvis sparsis munitam.

Stipulae alas membranaceas petiolo interjecto utrinque appensas, in auriculas acutas excurrentes referunt, et praeter superficiem variam secundum sedem et successionem, figuram variam et consistentiam

nanciscuntur. In turionibus pro parte terrae defossis stipulae squamarum s. ochrearum speciem aemulantur, illos ambeunt, fuscescunt et praeter hunc colorem et indolem scariosam, fabrica interna etiam a proprie sic dictis recedunt, nec ex apice integro, rotundato foliolum emittunt. In ramulis junioribus eatenus ex gemma emergentibus, similia propemodum quam in turionibus redeunt rudimenta, quorum infima ovata, amplexicaulia et circa ramuli basin imbricata, squamis gemmarum similia nec sine marginis indole glandulosa dignoscenda, apice leviter emarginata, dilute viridia; quae sequuntur ad figuram ovato-oblongam jam vergunt, apice hinc obliquato profundius exciciduntur ac veluti detruncantur primaque petioli interjecti edunt initia, auriculis tamen aeque ac foliolis carent, arcte primum adprimuntur, demum patent vel declinantur, ad superficiei rationem cum reliquis congruunt, tempore floris autem plerumque cadunt. Quae his succedunt stipulae proprie sic dictae, facie utraque dilatantur, apice in segmenta conformia, aequalia, acuta expanduntur (*auriculae, hami Herrm.*) petiolo interjecto augentur, foliolum triphyllum, illico transmittunt et cum foliolorum numero rato genuinam adipiscuntur naturam, membranae tenacioris instar constipantur, venis conspicuis, minus ramosis nutriuntur, inter virorem debilem, praesertim basin versus pellucent et eandem indolem servant, donec in ramulorum fastigio secundum eundem ordinem foliolorum numero destituantur, inter auriculas foliolum unicum idque simplex modo transmittant, sive auriculis

contractis aphyllae, acuminatae, alienam plane mentiantur figuram et bractearum notionem subeant. Praeter has proprietates, aliis tamen plurimis stipulae obnoxiae sunt vicissitudinibus, quibus intercurrentibus earum notio specialis turbatur. Differunt autem inter se pro varia facierum latitudine, et quidem in aliis a basi inde sensim ad auriculas decrescunt, in aliis ab auriculis aequaliter excurrunt, et inter has varietates nunc latescunt et in alteraquaque ala petioli latitudinem bis terve superant, nunc ita angustantur, ut ne petiolum quidem aequare videantur. Ad hanc latitudinem mutandam tum stirpium natura tum varietatum indóles aliquid faciunt, ita ut R. majalis nostra s. R. cinnamomea quam *Lindleyus* a R. majali stipulis linearibus insigni, stipulis dilatatis dignoscere jubet, e natura, aliae autem species, fortuito stipulis latescentibus, aliae iterum, ex quarum numero R. campestris valet, angustatis praecellere soleant eamque latitudinis ambiguitatem non solum in ejusdem stirpis varietatibus sed quoque in variis partibus (v. c. in turionibus et novellis laetius solito assurgentibus) declarent vel etiam secundum indolem platy- et leptophyllinam profiteantur. Similiter autem ad longitudinis rationem stipulae variant, et nonnisi in ejusdem stirpis varietatibus ita regrediuntur et imminuuntur, ut earum longitudo latitudinem ferme aequare videatur. Ejusmodi stipulae non solum a solita latitudine sed quoque a longitudine deficientes, singularem profecto induunt habitum et ex natura in quibusdam rosis barbaris (R. Banksiae, laevigata, sinica, recurva, setigera,

Hystrice, microcarpa), ita imminuuntur et abbreviantur, ut obsoletae satis et cum petioli basi inerassata veluti deliquescentes plane non in conspectum veniant et ob auriculas setaceas porrectas cum stipellis s. stipulis petiolularibus *(Mirb.)*, papilionaceis propriis, fucum facere videantur *(st. solutae)*. At parcius agendum est! Stipulae enim stirpium modo laudatarum, a *Lindleyo* liberae et subulatae dictae, auriculae potius sunt stipularum imminutarum eaeque non solum ex glandulis ad petioli basin utramque seriatim dispositis sed quoque ex aliis majoribus et latioribus in eodem ramulo promiscue intercurrentibus recognoscuntur ideoque Rosarum Banksianarum divisionem apud *Lindleyum* undecimam et stipulis subliberis deciduis solum insignem restringunt. Quae quum ita sint, stipularum longitudo et latitudo anci-pitem omnino praestant notam et ita fere in usum vocari possunt, ut stipulas centimetr. 4—5 longas ideoque solito productiores, *protractas*, curtas vero et centimetr. 1 longas, *retractas*, petiolo interjecto plane non sive non multum latiores, *angustatas*, illo bis ter quaterve latiores *latescentes* generatim significemus earumque figuram specialem in descriptione exhibeamus. Praeter hanc latitudinis rationem variam stipulae ludunt etiam marginis indole, et ad illam nunc *integerrimae* et *nudae* i. e. neque denticulis neque glandulis inscriptae, nunc ex glandulis seriatim dispositis *glandulosae*, nunc ex dentibus argutis nudis sive cum stipitibus glandularum leviter dilatatis confluentibus parce inscribuntur (*st. denticulatae s. den-*

ticulato-glandulosae), nunc denique profundius et dentibus sive brevioribus sive longioribus aequalibus, nec ac pectinis figura alienis inciduntur *(st. pectinatae)* iisque stirpes quaedam, quamvis R. indicae monstro cuidam invita natura succedant, praecellere videntur. Alae stipularum varie quidem semet expandunt ad stirpis et partis naturam et aetatis rationem: primum cum petiolo interjecto, ordine alterno equitant, ramulum novellum circumcludunt partesque investientes approximatas necdum dispersas comprimunt ac fovent *(st. concavae)*, dein vero ab illo secedunt quidem et alas horizontaliter explicant, nonnisi vero denuo contrahuntur et in R. palustri *Marsh.* omnino circa petiolum convolvuntur *(st. inflexae)*, sive reflectuntur situ contrario *(st. reflexae)*. Majoribus stipularum auriculae patent vicissitudinibus ipsisque vitiis formae locum dant. Saepius dilatantur, figuram ovatam attingunt tuncque lubenter obtunduntur et abbreviantur *(auric. obtusae)*, sive e basi latiore sensim in acumen brevius longiusve producuntur *(auric. acuminatae)*, sive tenuantur undique aequales et figuram oblongam, lanceolatam, linearem setaceamque obtinent varie nonnisi profundeque incisam. Ad directionis modum nunc patent, nunc a petiolo interjecto divergunt et longitudine accedente, sagittae s. hastae sinum haud male aemulantur.

Foliola (τὰ φυλλὰ in terminis compositis) petiolis partialibus contractis margine subcartilagineis s. callosis per paria *(juga, τὰ ζύγα)* petiolo ultra stipulas protenso appensa, inter vernationem conduplicata, impari-

inaequaliterque disponuntur, folium prorsus decrescenti-pinnatum cum impare extremo s. ex foliolis inter se dissimilibus, sensim decrescentibus compositum constituunt. Foliolum quodcunque *paginas* duplices, ante vernationem conduplicatas, post illam, nervorum contractione saepius tamen interveniente, deplanatas: alteram *superiorem* (ἐπὶ —), alteram inferiorem (ὑπὸ —) eamque plerumque pallidiorem s. dilutiorem, nonnisi discolorem et lubenter pilis glandulisque obsessam expandit, et praeter has, alias secundum fabricam internam et habitum externum offert innumeras differentias. Ad fabricae internae rationem omnia rosarum foliola in eo congruunt, ut petiolus communis mediotenus, axis instar, ad dentem terminalem percurrat *(nervus primarius, costa Mirb.)*, simplicissimus prorsus sit, subtus magis promineat et alios laterales suboppositos s. alternos, secundum variam folioli latitudinem ad angulum magis minusve acutum cum intermedio divergentes, minus conspicuos, inter se parallelos et spatium quoddam *(plagula internervia)* distinguentes, ultra mediam partem haud longe infra marginem bi-tripartitos, altero nimirum fine semet jugiter excipientes sinumque obtusangulum claudentes, alterò autem ad dentis mucronem excurrentes emittat aliosque ex hoc ad alterum tendentes per plagas internervias exserat, ex quorum venarumque pellucidarum in quincuncem positarum gyrosque tricipites ambeuntium connubio, anastomosis daedalea, interstitia quadrangula majora et minora s. inaequalia sepiens s. nervatio reticulato-venosa *(Mirb.)*

constituitur. Vasorum spiralium et excretoriorum fasciculi in parenchymate hypophyllo nervorum emergentium venarumque depressarum intertextarum figura prodeuntes marginisque limbum integrum limitantes, multum ad folioli consistentiam, expansionem, superficiem et colorem faciunt, semet in foliolis vivis et exsiccatis varie praenotant ipsisque vitiis formae s. monstris a figura rata gravius aberrantibus ansam praebent. Omnia autem foliolorum vivorum vasa, praesertim dum luci obvertuntur, pellucent, et modo rosam debilem spargunt, modo ex flavore subeunte dilute albescunt, dum vivunt, nunc emersa prominent *(nervi)*, nunc cum parenchymate aequalia s. depressa delitescunt (*venae*) plagulasque internervias laevigatas efficiunt; exsiccata constipantur magis et opaca redduntur tuncque eboris (*venae eburneae*), cornu *(v. corneae)*, s. cartilaginis *(v. cartilagineae)* colorem mutuant, et sicut in vivis sive penitus latent *(facies laevis, tersa)*, sive subtus solum (v. c. in R. Chamaerrhodo), sive utrinque (v. c. in R. Banksiae) amplius prodeunt et tum in vivis tum in exsiccatis foliolis faciem hanc alteramque perbelle reticulatam reddunt *(facies exarato-nervosa, venarum reticulum exaratum)*, eaque mutatione stirpes quasdam haud inique significant. Neque minorem nervi in facie foliolorum explicanda habent vim, ita ut ex nervis lateralibus approximatis intermedioque constipato, foliolorum vernantium *facies conduplicata*, post vernationem ex nervo longitudinaliter contracto *concava*, sive indole stictophyllina interveniente, *carinata*

efficiatur. Alias ex nervis lateralibus undique contractis, plagae internerviae sive undique sive ex parte continentur (*f. bullosa*), sive integrae inter nervos laterales adscendere videntur (*f. lineata*, folia bullato-rugosa, Carpini similia *Seringe*). Alia foliolorum monstra ex mala nervi primarii figuratione proficiscuntur et foliolo extremo penitus propria sunt. In foliolis bifidis nervus primarius paullulum infra mediam partem bipartitur in nervos furcatos s. duplices divergentes, qui partem folii interjectam ita complectuntur, ut foliolum conjugatum apice cordis instar extidatur et praeter sinum interaneum connatum, apicibus binis liberis marginibusque externis, dentibus circumcidatur. Similiter etiam foliola trifida informantur, triplinervia illa, foliis Spiraeae opulifoliae similia et ex auricula altera deficiente, semitrifida et ex nervorum numero aucto multifida fiunt. Rarissime denique nervus primarius ceu petioli communis productio denuo invalescit, et processus spinuliformis instar sine ulla expansione foliacea prominet inter folia bijuga (*spina Lindl., arista Lapeyr.*), ex quo vitio *Lapeyrousius* propriam speciem R. aristatam statuit, R. alpinae ceu monstrum aristatum subscribendum. *Consistentia*, quam foliola rosarum pro maxima parte ex venarum concursu nanciscuntur, *herbacea* s. *membranacea* esse solet, raro constipatur et *coriacea* (*var. pachyphylla*) s. *rigida* evadit eamque indolem nunc in vivis nunc vero demum in exsiccatis prodit. *Superficies* quadruplices propemodum subit mutationes, et praeter glabritiem sive rori

sive pubi, sive phlyctaenis, sive denique glandulis favet inque variis fruticibus diversimode redit, vel ipsis vegetabilibus alienis, ex fungorum ordine, fortuito succrescentibus infestatur. Glabrities foliolorum *folia glabra* simulac *indolem leiophyllinam* praestans, nitori simul, laevori, cuidam rigori et quadantenus etiam virori laeto saturove favet, nec tamen conditiones contrarias, ex quibus foliola opaca fiunt et flaccescunt, omnino abigit et arcet. Raro perfecta et per omnes folii partes aequaliter diffusa, a petiolo nervisque hypophyllis quadantenus aliena paginaeque superiori potius familiaris. Excutitur vel miscetur excrementis quibuscunque interaneis hinc s. utrinque sive roris detergibilis sive pilorum sive phlyctaenum sive denique glandularum specie projectis. Ex rore in alteraquaque s. utraque foliolorum pagina subeunte, *foliola utrinque rorida* evadunt s. *indolem glaucophyllinam* acquirunt, virorem laetum glaucore saturo suffusum amittunt, opaca fiunt, nec ulla nisi rore absterso edunt nitoris vestigia. Ad hanc mutationem pagina foliolorum inferior valde proclivis *(fol. subtus rorida)*. Superior saltem nunquam seorsim, saepius tamen utraque simul rorem transmittit *(fol. utrinque rorida)*. Pilis accedentibus *pubes* s. *indoles eriophyllina* informatur, ita ut ex brevioribus, tenuioribus et patentibus, pagina integra cum nervis et marginibus pubescat *(fol. pubescentia)*, sive ex pilis in alteraquaque pagina *(hinc) foliola heteromalla*, s. in utraque simul *(utrinque)* emergentibus *homo* — s. *amphimalla*, ex nitentibus et adpressis serici instar splen-

dentibus *sericea*, ex dispersis ac rigidulis *pilosa*, ex mollioribus *villosa*, ex his simulac longioribus *lanata*, ex supinatis denseque intertextis *tomentosa*, ex brevioribus et rigidioribus bulboque innixis *strigosa* evadant, et praeter superficiem alienum etiam immisceant colorem, albidum illum, incanescentem vel glaucescentem (*fol. albido —, incano —, glaucescenti-tomentosa*). Rarius papulae minutissimae, plerumque sub lente tantum conspiciendae, prominulae, diaphanae, albidae, mediotenus depressae punctoque inscriptae, foliolorum plagulas internervias gregatim obsident, candoris cujuscunque fucum faciunt et nobis foliola *phlyctaenodea* s. *indolem* foliorum *phlyctaenoden* praestant. *Glandulae* (ὁι ςικτοὶ) sive nervis lateralibus sive venis interjacentibus affixae ideoque per folioli paginam alteramutram, frequentius tamen per inferiorem sive rarius simul per superiorem divulgatae, *foliola subtus s. utrinque glandulosa* sive *indolem epi —, hypo —, s. amphisticticam* perficiunt et foliolis *asticticis* opponuntur. Huic vero indoli stictophyllinae sensus subest generalis isque non solum glandulis emersis sed quoque aliarum partium ex illis immutatarum proprietate statuitur ac confirmatur. Etenim praeter nisum ad indolem stictophyllinam sine glandularum secretione in ipsis nervis epiphyllinis, vasorum terebinthinaceorum sic dictorum (*the terpentine vessels Grew.*) ope delitescentem, et vix nisi virore saturo, nervorum flavore resinoso et quadam rigiditate praenotatum, glandulae emersae variam obtinent figuram, magnitudinem, colorem ac sedem et aliis diversissimis

comitantur sequelis. *Sessiles* nunc minutissimae, pubi plerumque globulorum exiguorum vel pulveris specie interspersae, oculum nudum penitus effugientes nec colore semet manifestantes, sphaericam obtinent figuram et paginae inferiori leviter et ita adfixae sunt, ut vel leviori tactui cedant digitisque terentibus odorem debilem terebinthinaceum (R. foetida *Bast.*) impertiant *(glandulae pulveraceae, Staubdrüsen, foliola pulveraceo-glandulosa)*; nunc majores, rigidiores, nervis venisque affixae, et sive parcius sive uberius per folioli paginam integram et ex illis quasi scabram *(f. scabra Vaill.)* dispersae, pomorum maturescentium instar suaveolentes (l'églantier à odeur de pomme de reinette *Gall.)*, humoribus propriis iisque nonnisi ex vertice stillantibus farctae et ex aqua solvendis digitosque inquinantibus viscidae s. ex spiritu subigendis glutinosae et papyro adhaerentes *(gl. granulatae, Korndrüsen, fol. granulato-glandulosa iisque viscida s. glutinosa)*. Ejusmodi vero glandulae haud semper milii instar basi affixae sunt, sed saepius nunc stipite quasi exalbido, diaphano, rigidulo, breviore s. longiore, teretiusculo et erecto suffulciuntur, pistillarem quasi mutuant figuram, a granulatis autem vix nisi basi stipitata differunt *(gl. suffultae, stipitatae, capitatae, Knopfdrüsen)*, nunc apice tenuantur capitulique sphaerici loco exacuuntur, setarum figuram prorsus subeunt, aculeolos aemulantur, et sicut in ramulis novellis foliolisque inexplicatis observari licet, tales redduntur *(gl. spinuliformes Thor., setiformes Lindl., Stacheldrüsen, foliola spinosula Dematr.)*. Glandu-

larum sessilium et stipitatarum color varius secundum solis influxum: intactae et a sole retractae stipiti concolores exalbent, solis radiis tactae vel luci expositae nunc flavent cum nitore resinoso, nunc stillarum resinosarum instar fuscescunt, nunc rosam subeunt et ex hac demum perbelle purpurascunt, senio confectae autem omnes corrugantur et sordide albent. Quamvis glandulae foliola rosarum obsidentes et omnibus rosaceis familiares, neque ad stirpes distinguendas, ad quas praetervisis varietatibus stictophyllinis promiscue intercurrentibus, ab omnibus auctoribus, neque ad genus ordinandum, ad quod a cl. *Rauio* invita natura abutuntur, quid valeant fidemque ullam spondeant vel solum varietates stictophyllinas statuant, insignem tamen in foliolorum et fruticis integri habitu mutando et penitus invertendo arripiunt potestatem omnesque observatores illuserunt. Indole scilicet stictophyllina praevalente: 1) frutex simul, praesertim inter nisum stictophyllinum e semine natus eoque praegnans, deprimitur, distorquetur, habitu raro, tortuoso et torvo praecellere videtur, et ab hac metamorphosi vix nisi loci conditionibus faventibus aberrat; 2) aculeis plurimis ac longioribus horret, indolem polyacantham induit, novam plane et a genuina stirpis natura alienam; 3) flores simul profert tum a colore genuino tum a sueta magnitudine desciscentes, imminutos plerumque ac cum rosa debili pallentes; 3) foliola ipsa magis rotundantur utque hanc figuram modo basi modo apice induant innituntur, inter se concurrunt magis, mediotenus ob nervos validiores saepe

contrahuntur, imminuuntur, a glaucore deficiunt s. illum colore saturo evidentius et aliquo nitore oleoso suffusa aegre praenotant; 4) eadem ex glandulis paginae alterutri et reliquis partibus affatim obsessis, redolere, exasperari, constipari et decolorari incipiunt, et 5) dentes denique foliolorum ovati, amplius divergunt vel patent dorsoque denticulis aliis glanduliferis inscribuntur s. duplicato - denticulati fiunt. Inter fungos epiphyllos, qui foliolis rosarum promiscue succrescere illisque quadantenus familiares esse consuescunt, notatu digniores sunt: 1) ***Dothidea punctiformis var. Rosae;*** 2) ***Asteroma stellatum m.;*** 3) ***Alphitomorpha pannosa m.;*** 5) ***Erysibe miniata m. (Vredo effusa Strauss)*** cum ***Phragmidio incrassato Lk.*** et alii.

Ad habitum foliolorum externum primitus statim concinnandum vel mutandum foliolorum circumscriptio facit. ***Figura*** foliolorum generatim absque sinuum et angulorum pripherica ratione, ex baseos cum apice opposito ambitusque utrique interjecti relatione conficitur. Diametro longitudinali cum transversali aequali circumscriptio folioli circinata, s. ex basi apici magis admota ambituque exampliato, ***foliola orbiculata*** et ex proportionibus iisdem leviter tantum inter se dimotis, ***foliola subrotunda*** s. rotundata evadunt. Foliola rotundata ex aliquo diametros longitudinalis augmento ambituque basi rotundatae et apici leniter vel solum ex dente extremo declinato interjecto, ***ovata,*** eaque itidem ob majorem ambitus in basin apicemque declinationem sensim aequaliterque succedentem

ovalia s. *elliptica* fiunt, quae quidem ob basin sensim tenuatam apici rotundato obversam in *obovatu* invertuntur. Ambitu foliolorum amplius et ita attracto, ut longitudo latitudinem bis terve superet et extremitatibus inaequalibus includatur, *foliola oblonga* redduntur, ex quibus deinceps versus apicem sensim tenuatis *lanceolata* prodeunt. Alias habitus foliolorum externus ad sinuum et angulorum rationem subit mutationes eaque jubente baseos, marginis et apicis conditiones illustrantur. Basis foliolorum nunc rotundatur inque sinus brevissimos obtusos apertos, petiolum partialem aliquantisper transeuntes, aequales s. inaequales (*fol. basi aequaliter — inaequaliter subcordata s. semicordata, basi hinc deliquescentia*) et cordis leviter excisi instar hiantes producitur, sive sine ullo sinuum vestigio abrupte rotundatur (*basis fol. ovata*), sive sensim abrupteve in petiolum partialem declinat. Apex folioli nunc linea transversali abrupte obtusatus (*fol. apice truncata*), nunc sinu obtusò (*fol. retusa*) sive crena (*fol. emarginata*), sive cum dente extremo segmento circuli imposito (*fol. obtusa*), nunc sensim cum angulo acuto terminatur (*fol. acuta*), nunc denique in dentem longius productum sensim excurrit et *foliolum acuminatum* quasi fingit.

Margo foliolorum, qui melius in partem basilarem, mediam et extremam dignoscitur, basin versus sive cum reliqua parte difformis ac omnino integerrimus est (*fol. basi integerrima*), sive denticulis nonnullis minoribus obsoletis glandulisve incumbentibus,

exilissimis et acutissimis inscribitur (*fol. basi integra glandulifera*), sive conformis est et generis natura jubente in omnibus Rosarum stirpibus, cum reliqua marginis parte, nunc dentibus patentibus obtusiusculis, semper tamen ex limbi nervei concursu, in apicem brevissimum callosum, coloratum abrupte tenuatis (*fol. crenata*), nunc divergentibus, remotis approximatisve, profundis, simplicibus dorsove antico et postico aliis minoribus glandula exili coronatis (*denticuli*) inscriptis (*fol. simpliciter-profunde-inciso-remote-approximato-duplicato-dentata*), nunc convergentibus s. incumbentibus i. e. extremitatem respicientibus iisque plerumque productioribus, acutioribus et profundioribus (*fol. inciso-incumbenti-serrata*) circumscribitur et limbo nervoso i. e. cum nervis venisque reliquis conformi ideoque pellucido et demum cartilagineo, ad pilos glandulasque excernendas idoneo limitatur. Dentes caeterum, a quibus foliolorum habitus externus perficitur quibusque ab omnibus auctoribus ad species distinguendas, a cl. *Lémano* autem ad illas ordinandas fides habita est, nunquam per stirpem integram constant sed potius aliis ex foliolorum figura, indole glauco- et stictophyllina interna, nervorum natura eorumque sede, patent vicissitudinibus tantaque terrent redeuntque simul in singulis fruticibus mutabilitate, ut rectius ad varietates quam ad species designandas adhibeantur.

Inter has autem figurae varietates, foliola singula Rosarum fruticibus propria ambigunt, et non solum secundum variam sedem in aliis fruticibus stirpisque

varietatibus, sed quoque in eodem ramulo et quadantenus in eodem petiolo redeunt, et alias ineunt monstri casu interveniente, a figura rata aberrationes. Hoc scilicet mutabilitatis casu tum indoles foliorum *inaequalis* tum fruticis natura *heterophylla* declaratur et foliolis heteromorphis perficitur, quae quamvis absona esse videatur, haud tamen sine ordine redit. Singularis foliorum varietas in ramulis floriferis est eaque, jubente infima ex gemma primum prodeuntia abortiuntur (*fol. ramulorum abortiva*) et figura aliena inter stipulas et folia ambigunt; quae sequuntur in stipulas desciscunt difformes, aphyllas (*fol. ramulorum stipulaeformia*); proxima stipulas rite figuratas et foliola auriculis incumbentia s. illis interjecta quidem at numero deficientia mono-oligozyga, magnitudine valde imminuta, directione reclinata et figura immutata, difformia saepius et vix nisi figura generali cum reliquis conformia et cum illa ita plane congrua trudunt, ut v. c. dum reliquorum jugorum foliola ovata sunt, hujus foliola apice rotundentur, detruncentur, crenis s. dentibus dilatatis incidantur, basi contra abrupte tenuentur, ad apicis rationem igitur figuram praemorsam, truncatam, retusam, ad baseos rationem autem obovatam cuneatamve mentiantur, utque singulum foliolum folium integrum basi ramulorum affixum, ut ita dicam aemuletur; dum oblonga sunt, haec quoque in basin apicemque producantur et reliquorum in modum angustentur (*fol. ramulorum inferiora*). Haec vero nisum qualemcunque modo edunt ad genuinam stirpique propriam figuram

eamque *folia ramulorum intermedia* notabilius produnt et tandiu servant, donec pedunculos attingant, vel numero foliolorum decrescente et magnitudine aliquantisper imminuta deflexum aliquem praenotent (*fol. floralia*), demum inter stipulas foliolum impar angustatum lanceolatum s. lineare emittant et tandem in ipsas bracteas deliquescant. Similis propemodum ordo, quem modo in foliis ejusdem partis ad sedis rationem variam exhibuimus, nec speciei singulae (R. indicae v. c. teste cl. *Thoryo*), sed generi ipsi proprius, in ipsis foliolis etiam redit, ita ut foliola jugi infimi, ad foliorum rameorum inferiorum modum imminuantur et simulac alienam fingant figuram levique dimotione jubente ad stipulas respiciant, reliquorum jugorum foliola autem, magnitudinem sensim eoque magis augeant, horizontaliter pateant et praeter figuram ratam et baseos deliquium anticum et posticum, omnibus penitus foliolis conjugatis ex vernatione conduplicata proprium, reliquam etiam indolem genuinam ostendant, quo magis ad apicem adpropinquarint, impar vero petiolo communi innixum nullisque conjugationis et petiolorum partialium intervenientium vinculis obligatum, reliquis majus et non solum basi aequali sed quoque ambitu et extremitate suis numeris respondeat et typum genuinum praestet. Praeter hanc foliolorum magnitudinis rationem ad foliorum sedem variam expositam, complures aliae sunt ex stirpis ejusque varietatum indole, et ad hanc in fine extremo, foliola rotunda, ovata sive alia quaecunque nisu latescendi ambitumque amplificandi

insignia, magnitudinem suetam stirpique propriam sive transgrediuntur et insolitam plane adficiunt (μακρο —), i. e. *maxima* evadunt s. *varietates macrophyllas*, foliolis centim. 2—3 latis, 2—4 longis insignes, sive e contrario praeter alia intermedia a magnitudine sueta deflectunt itaque imminuuntur, ut *minima* (μικρο —) evadant et *varietates microphyllas*, foliolis centim. ½—1 latis et 1—2 longis proprias exhibeant. Similibus vicissitudinibus foliola oblonga et lanceolata, nisu angustandi vario semetque producendi insignia obnoxia sunt, et dilatando *varietates platyphyllas*, foliolis centim. 5—8 longis et 2—3 latis, vel var. *leptophyllas*, foliolis centim. 3—5 longis et 1—2 latis quadantenus recognoscendas praestant inque ejusdem stirpis fruticibus variis simul redeunt. Cum ambitu ita mutato dentes simulac baseos sinus mire mutantur, ita fere ut in foliolis maximis basis cordata sinus patentes et saepe productiores expandat, ovata magis rotundetur, dentes postici ovati hinc denuo reclinentur et amplientur, antici vero magis divergant et inter se retrahantur, in foliolis minoribus et minimis propius accedant et simul imminuantur, in angustatis sinus baseos claudantur, in basin veluti producantur et dentes sive in serraturarum modum supinentur et angustentur sive argutiores deficere et obsoleti et irregulares desciscere videantur (*monstra foliolis subintegris*).

Ad *coloris* tum in reticulis cellularibus grumosis tum in ipsis nervis delitescentis rationem, foliola ex natura nunc utrinque aequaliterque virent (*var. herbescentes*) et virorem genuinum (χλορο —) in foliolis

inexplicatis ex quodam flavore praenotatum sive in utraque foliolorum pagina (*foliola concolora s. indoles chlorophyllina*) cum aliquo nitore (*fol. nitida*), vel cum splendore (*fol. splendentia, lucida*), vel sine ullo nitore (*fol. opaca*) nunc intendunt (*fol. saturate-viridia*) nunc plane imminuunt (*fol. laete-diluteque viridia*), sive illum in superiore tantum edunt (*fol. supra viridia*), in inferiore autem nunc pallorem penitius subeuntem inducunt virorique opponunt (*fol. discolora*), sive halitu rorido detergibili suffunduntur, et modo pallorem (*fol. pallido-discolora*), modo glaucorem magis minusve conspicuum edunt (*fol. glauco-discolora, indoles glaucophyllina*), et ex pilis accedentibus ita mutant, ut foliorum pagina dilutior *colorem incanum, argenteum,* glauca vero *cinereum* s. *plumbeum* mentiatur, sive denique flavorem stramineum s. pallorem virori non solum per plagas circumscriptas, modo rotundas modo oblongas interspergunt (*fol. variegata*), sed quoque per integram faciem diffundunt et foliorum lapsum praenotant. Alioquin foliola sive ex stirpis et varietatis nisu naturali (*R. majalis, indica*), sive ex caussis fortuitis, v. c. ex apricationis vi, praeter naturam irrubescunt (*fol. versicolora*) eumque colorem in nervis eburneis purpuram primum et facilius subeuntibus plerumque praenotant, et ab his non solum per marginis limbum sed quoque per utramque faciem diffundunt. *Ferruginem* mentiuntur glandulae hypophyllae et ex illis increbrescentibus Rosae *rubiginosae* auctorum, Gallis *les roses à feuilles couvertes de rouille* sive nostratibus *Rostrosen* dictae nomen habent,

Bracteae. Folia suprema florum pedunculis subjecta (*fol. floralia*), quae foliolorum numero decrescente stipulisque in auriculas excurrentibus, sicut s. praemonuimus, penitus immutantur, nunc foliolum unum alterumve heteromorphum transmittunt, nunc hoc quoque excusso, partis propriae subeunt naturam, apice coalescunt utque rite figurentur ex nisu cum stipulis obtusis sive in auriculas reclusis inverso, exacuuntur. Hinc bracteae cum stipulis tum fabrica interna tum colore et consistentia congruunt, ut ita dicam utque Rosae bracteatae exemplo illustretur, stipulae figuratae sunt pedunculumque eodem plane modo muniunt ac fulciunt, quo gemma s. ramulus ex illa emergens illis munitur, sive ramulum a pedunculo similiter dividunt, sicut nodi ramulorum gemmiferi stipulis distinguuntur. Bracteae, quae speciatim in communes easque majores externas inque proprias s. minores et internas (*bracteolae DC.*) distinguuntur, differunt inter se figura, sede, dispositione, duratione, numero et colore, omnesque quas praeter stipularum indolem obtinent mutationes, ex partis natura subeunt. *Communes* in universum mutuam quadantenus cum foliolis habent relationem ideoque easdem plane ineunt mutationes, quibus haec obnoxia redduntur: angustantur simulac producuntur cum ramuli foliolis lanceolatis acuminatis, dilatantur inque apicem abruptum desinunt, et raro tantum generis indole polymorpha aut stirpis natura jubente deflectunt. Numerus pedunculorum bracteis communibus plerumque respondet, ita ut pedunculus solitarius bractea nulla

s. unica rite figurata vel alia opposita folioli rudimento terminata, bini ternive plerumque totidem bracteis muniantur, proprii vero et elongati mediotenus binis oppositis abbreviatis augeantur et simulac veluti articulo intercipiantur. *Sedes* varia. Bracteae enim pedunculorum primariorum basin ipsam ex ramulo prodeuntem saepius muniunt, raro omnino deficiunt, rarius praeter naturam ipsis alabastris adnascuntur, vel in inflorescentia decomposita in pedunculo intermedio redeunt. Habita *dispositionis* ratione, mediocriter vel amplius patent et nonnisi omnino reflectuntur. Quoad *durationem* sive persistunt sive cadunt (*br. caducae* v. c. in R. multiflora et mosehata) et *Herrmanno* jam acutius observante (*ros.* 15.), pedunculum a ramulo subjecto strictura articulari distinguunt (*ped. articulati auct.*); quoad *integritatem* integerrimae, denticulatae et dentibus cum vel sine glandula imposita inciduntur; quoad *superficiem* autem cum stipulis congruunt. Similiter comparatae sunt *propriae* sive pedunculorum lateralium basi sive ultra bracteae illam mediae parti affixae, angustiores multo, acutiores et minores, nonnisi etiam in mucronem setaceum abeuntes.

Pedunculi (*florum petioli Hall.*) sede, directione, longitudine, consistentia, numero et dispositione variant, et secundum has rationes ad inflorescentiam constituendam ac mutandam valent. Quoad *sedem* pedunculi aut ramulos terminant (*ped. terminales*), aut juxta novellos ulterius plerumque protensos prorumpunt (*ped. laterales*); quoad *directionem* per quam-

cunque aetatem eriguntur (*ped. erecti*), vel quoque quamvis nubiles assurrexerint, demum deflexi nutant (*ped. deflexi*) eumque situm sive ex stirpis natura (R. alpina) sive ex pondere superaddito in floribus polypetalis (R. Centifolia, floribus cernuis, R. Banksiae, fl. nutantibus *Simsio* et *Lindleyo* monentibus insignes, R. indicae monstra polypetala in ollis contubernalia et al.) invito eligunt. *Longitudo* in variis stirpibus varia; in plurimis tamen cum alabastris collata, molem eorum vix aequat (*ped. brevissimi*), vel leviter excedit (*ped. breves*), vel denuo tamque insigniter sive ex stirpis natura sive fortuito producitur, ut pedunculi nunc prolongari (*ped. elongati, longissimi*) nunc abbreviari nunc penitus deficere videantur (*alabastri subsessiles*). *Consistentia* ex cortice sive cum alabastris maturis demum conformi, concolori ideoque carnoso et fracescente (*ped. carnosi, cum alabastris conformes*), sive difformi eoque herbescente et demum exsucco (*ped. herbescentes, difformes c. alab.*) pendet et notam inconcussam offert. *Numerus* in omnibus stirpibus, plurimis obnoxius vicissitudinibus et ob species ab auctoribus descriptas, *Herrmanno* jam monente, suspectus tamque mutabilis, ut pedunculus solitarius, praesertim in ramulis laetius egressis, semet septies duplicari possit. Hinc in inflorescentia pauciflora (1 — 3 fl.) major constantia quam in multiflora (3 — 20 fl.), quae quidem cum pedunculorum numero mutato, aliam nanciscitur dispositionem, et bracteis denuo accedentibus habitum ipsum mutat. In plurimis autem stirpibus numerus

ternarius praecellit, vel inflorescentiae uniflorae fortuito intervenit, ita ut pedunculus primarius flores primores, speciosiores illos et concinniores sustinens, aliis duobus lateralibus, tenuioribus plerumque et longioribus (*inflorescentia simplex, contracta s. radiata*), sive haec pedunculorum triga saepius altera tertiave, rarissime etiam quarta augeatur (*infl. composita, aggregata Herrm.*). Pedunculi laterales in inflorescentia triflora nunc ex eodem cum intermedio puncto surgunt et supra ramuli partem subjectam, bracteolas inducunt, nunc pedunculo communi pedicellos ternos, mediotenus bracteatos, graciliores simulac longiores sustinente suffulciuntur, et quamvis flores aliquantisper minores ac magis serotinos sistant basique inaequaliter exsurgant, in fastigio tamen faciem aequalem et densam circumscribunt, umbellam prorsus formant (*ped. umbellati*), sive ex aucta fruticis luxurie amplius patent vel quasi dissipantur, variam obtinent longitudinem et cymam mentiuntur (*ped. cymosi*), sive rarissime denique ex pedunculis lateralibus productis et mediotenus bracteis plurimis munitis et interiores abbreviatos cingentibus, corymbum (*ped. corymbosi*) haud male aemulantur; vel quoque altero latere pedunculum longissimum, altero abbreviatum simul proferunt intermixtum eoque modo, ut ita dicam corymbum inaequaliter contractum s. effusum praestant. Alias inter pedunculos ita dispositos intermedius saepe subit mutationes in inflorescentia multiflora, reliquis crassior et brevior, flores primores alabastrosque mole duplo auctos proferens, ex ipso

ramulo exsurgens, quin nonnisi ex lateralibus accumbentibus quadrangulus, vel quoque ob basin alabastri sensim tenuatam in pedunculum spurium abrupte desinens et cum vero ita confluens, ut nunc obsoletus nullusve esse et alabastros sessiles s. plane epodicellatos efficere videatur. *Color* pedunculorum cum ramulis summis et bracteis pro maxima parte, raro cum ipsis alabastris congruit sive glandulis ferrugineis obsessis talis evadit, cum illis virentibus s. purpurascentibus simul virescit s. purpurascit; alias etiam nebula caesia irroratur, inter exsiccationem autem omnino denigratur. *Superficies* eorum mire ludit, et nunc cum alabastris nunc cum foliolorum margine mutuam afficit relationem, nunc densum ex stirpis natura innata sponte semet explicat nullamque init cum reliquis partibus communionem, indole autem propria ipsam ramuli particulam subjectam eique alioquin simillimam discernere docet. Rarius pedunculi pubent pilosque nunc ex stirpis natura (R. moschata) nunc ex indole polymorpha pubisque luxurie praevalente induunt. Multo frequentius autem glandulis stipitatis iisque variis, modo simplicibus et difformibus compositisve, modo horizontaliter-patentibus s. deflexis, modo rigidis mollioribusve, modo longioribus brevioribusve, densioribus sparsisve, et glandula amissa aculeolos fingentibus adsperguntur, sive his et pube destituti omnino glabrescunt.

Pedunculo insidet sive vix nisi ob nimiam luxuriem in ramulis turgidis ad sepalorum foliaceorum conjugationem florentibus deficit *(m. acephalum)*, et

pro varia ejus natura ex illo sive abrupte sive sensim per varios vegetationis gressus semet informat *fructus pulposus* (*Tournef.*, *Hall.*), nostratibus *Hagebutte*, Gallis *gratecul*, Anglis *heps* κὰτ' ἐξοχὴν dictus, ab omnibus cujuslibet aetatis auctoribus, titulo vario salutatus, *Aristoteli* v. c. ὁ ὀμφαλὸς, *Theophrasto* ὁ πύθμην, *Dioscoridi* ἡ κιφαλὴ, *Plinio* nunc immaturus, cortex s. cortex granosus, nunc maturus, alabaster, *Virgilio*, *J. Bauhino* et aliis recentioribus pomum, *Ausonio* obeliscus, *J. Bauhino* et *Chabraeo* caput solidum, *Camerario* et *Herrmanno* pericarpion, *Boerhaavio* ovarium, *Linnaeo*, *Smithio*, *Gaertnero*, *Willdenowio* eorumque asseclis calyx, *Hallero*, *Zinnio*, *Lindleyo* aliisque fructus, *Linnaeo in sp. pl.*, *Herrmanno* et *Ehrharto* germen, *Schrankio*, *Rauio*, *Willdenowio* et mihi olim tubus calycinus, *Gmelino* et *Schrebero* bacca, *Wahlenbergio* bacca spuria, *Kunthio* et *Haynee* receptaculum, *Friesio* calycis receptaculum, *Wikströmio* immaturus, perianthium, maturus, bacca, *Trattinnickio* urceolus, *Seringeo* calycis tubus demum bacoatus, mihi vero nunc ad *Plinii* et *Bauhini* auctoritatem vetustissimam, ex vasculi unguentarii similitudine (*Butte vern.*) alabaster (*Buttenfrucht*) dictus, et ceu pericarpion carcerulare ovoideum polypyrenum carnosum pomo simile quidem at carpella ossea libera nec loculamentis membranaceis distincta gerens, post foliorum lapsum in frutice hibernans et fracescens, tum praeceptis botanicis tum huic generi et Mespilo aliisque adscriptus. Constat is fructus alabastri titulo praenotatus ex cortice externo, calycis

sepala sustinente, et ex interaneis partim ex operculo verticem obstruente, poro pertuso et genitalia mascula et petala recolligente, partim ex trophospermio inter stuppam germina emittente compositis, et has partes variis vegetationis, foecundationis nimirum, grossificationis et maturationis stadiis rite informat et demum carpellis stipatus propriam induit figuram.

Alabastri secundum *figurae*, a *Linnaeo* aliisque auctoribus ad generis species ordinandas adhibitae, rationem ac fines sibimet oppositos rejecti, in altero sphaerici, in altero opposito cylindrici sunt iique itidem aliis intermediis specialiter acuteque distinguendis connectantur nec ullis obligati limitibus in plurimis inter se confluunt. Hinc in eorum figura describenda et constituenda respiciendum est ad *basin* s. partem in pedunculum abeuntem, ad *collum* s. partem sepalis subjectam et ad corpus ipsum s. *ventrem* interjectum, ex quarum mutua ratione figura specialis perficitur. Alabastri *globosi*, ad quorum similitudinem veteres rei herbariae statores, Rosas pomiferas dixerunt et generi ipsi cum hodiernis scriptoribus poma adscripserunt, globum exacte aequant; ex his ob collum s. basin leviter declinatam *subrotundi* s. *hemisphaerici*, vel ex stylorum interaneorum, mediotenus tenuatorum dispositione varia, infra collum exampliatum constricti, *urceolati*, *campanulati*, s. *turbinati*, vel in collum leniter s. abrupte brevius longiusve protracti, (*var. brevi — s. longicolles*) vere *oviformes* fiunt et ventre contracto *oblongi* redduntur. Similibus basis etiam obnoxia redditur mutationibus, quae carpellis

farcta et parcius protracta alabastros *obovatos*, longius producta *pyriformes*, omnino attenuata *scyphiformes* perficit, sive rarius deflexu intercurrente, carnosa et carpellis destituta, in pedunculum ampliatum denuo producitur (*m. pyxidatum*) sive cum mammilla appendicis instar adnexa desinit. Longius aberrant et plane alienam adficiunt figuram alabastri, quorum basis collumque non solum sed pars quoque illis interjecta, ambitu simul attracto immutatur, et ita plane contabescere et gracilescere incipit, ut figura clavata lagenae formam, vel qui ventris ambitu penitus amisso et apice basique leviter attenuati cylindrum haud male aemulantur (*alab. cylindrici*). *Moles* alabastrorum a juglande ad pisum varia, ex eorum cortice, pulpa, carpellis, stylis et sarcobasi pendet, varias simul movet similitudines, quas auctores cum pomo, ceraso, piso et junipero statuerunt, et in universum, nulla habita figurae ratione, varietates duplices, aliam alabastris majoribus (*v. macrocephalae*) aliam minoribus insignem (*v. microcephalae*) praestat.

Cortex externus a pedunculo et nonnisi evidentius mutatus et per partis naturam subactus, intestina undique includit ac continet, e verticis ambitu in sepala excurrit, maturescendo denuo increscit non solum sed quoque in carnis stipatae fabricam immutatur, partium interanearum ope figuram ratam concinnat, colorari incipit et ante brumam vix, omnino vero inter illam fracescit. Color alabastrorum immaturorum sive cum aliquo nitore sive cum laevore sebaceo viret, sive hinc ex solis radiis sive undique purpu-

rascit, sive ex pruina inspersa subjectaque purpura caesius s. azureus, sive ex glandularum ubertate cinnamomeus s. rubiginosus redditur et exsiccatione saepe omnino denigratur; maturorum vero sive ruber, coccineus, cinnabarinus, lateritius, croceus, sive badius, fuscus, hepaticus s. phoeniceus, atro-sanguineus et violaceus ex succi purpurascentis abundantia evadit et fere denigrari videtur. *Superficies* cum pedunculo mutuam quadantenus gerit relationem; saepissime *glabritiem* obtinet (*var. leiocephalae*), neque minus frequenter tamen ex glandulis longius breviusve stipitatis, debilioribus vel maturescendo denuo invalescentibus, horizontaliter patentibus s. basin versus deflexis *hispida* (*var. echinocephalae*), sive ex glandulis simplicibus confertioribus et brevioribus *hirsuta* redditur (τραχὺ τὸ κατὰ *Theophr.*, corticis scabritia *Plin.* cf. pag. 8. *var. trachycephalae*), vel ex glandulis ramosis et difformiter compositis, pedunculos et sepala simul obstruentibus, tanquam musco implexa horret (*monstrum holostictícum*). Rarius multo ex villo laxo densiusve intertexto *pubet* illamque varietatem nunc stirpis natura jubente nunc ex fruticis nisu vario admittit (*var. eriocephalae*) vel coërcet.

Corticis stratum externum, alabastri collum circumcludens sive abrupte sive ex annulo tumido volvato interjecto (*al. collum volvatum*) excurrit et veluti partitur in *calycis* sepala (*calyx Plin., calycis folia, limbus calycinus, segmenta s. laciniae calycinae auctor., die Blumendecke vern.*) quina, facie interna pube tenui arachnoidea ad margines nonnisi prominula,

ut petala amicius foveantur, parcius densiusve vestita, pro petalis concipiendis concava, facie externa convexa, nervorum reticulo depresso s. exarato inscripta glandulisque stipitatis granulatisve pedunculi instar obsessa, sive ex nervo intermedio magis prominulo solum nutrita (*sepala costata*), ab alabastrorum maturorum substantia aliena et ad figurae, integritatis, directionis vitaeque rationes, varia. *Figura* sepalorum e basi potissimum et apice, cum quo terminatur, conficitur et inter ovatam et lanceolatam ambigit, cum alabastrorum figura speciali saepius quidem congruit, nonnisi vero gravius ab illa discrepat. Sepala ita figurata, et quidem jam abbreviata et exactius ovata jam elongata magisque lanceolata et ad figuram linearem tendentia, nunc in apicem abrupte mucronatum, perbrevem excurrunt faciemque internam simul contrahunt, nunc sensim attenuantur et cum nervo medio in carinam contracto finiunt, vel in mucronem abeunt, nunc invita natura in apicem dilatatum elongatum planum s. carinatum, folii instar expansum producuntur (*s. foliacea*), sive rarissime stipularum instar in auriculas patentes bipartiuntur illasque miro mutabilitatis lusu degeneres exacte referunt, in monstris acepholis autem, in foliorum naturam invertuntur et inter stipulas foliola petiolo appensa trudunt (*monstrum phyllosepalum*). *Integritas* generatim ita dijudicari licet, ut sepala omnia nunc *integerrima*, s. *simplicia*, *conformia* (*Rosae homoeosepalinae*) nunc cum illis ordine alterno *appendiculata* i. e. ex appendicibus s. laciniis linearibus foliaceis, varie figuratis

composita, inter se prorsus inaequalia s. *difformia* (*Rosae heterosepalinae*) statuantur et secundum hanc proprietatem in universum inconcussam et vix nisi generis mutabilitate interveniente ancipitem Rosae, omnes in totidem divisiones recte dispescuntur. In his appendicibus autem singularis redit ordo, ita fere ut sepalis duobus alternis appendices, alteri pari nullae plane, quinto vero impari iterum appendices sive ex utroque sivè ex altero margine succedant, sicut in aenigmate illo lepido *) apud *Brasavolum* jam expressum exstat. Appendices caeterum satis variae esse solent: integrae et partitae vel quoque glandulis simplicibus compositisque affixis fimbriatae, plerumque tamen cum sepalorum figura generali mutuam servant relationem eoque magis producuntur, quo longiora sepala, vel abbreviantur, quo evidentius haec figuram ovatam obtinent. Admodum variam sepala secundum vegetationis tempora nanciscuntur *directionem* eamque naturalem, nec vix nisi alabastrorum figura contraria sive aliis caussis fortuitis, inter quas vigoris vis ex indole stictophyllina penitiore et labes summa est, ludicram. Quae galeros florum vel petala inexplicata muniunt, porriguntur, sibimet marginibus jugiter incumbunt et apice connivente, in quem nunc abbreviatum nunc elongatum producuntur, spiraliter contorquentur, sive ultra hanc complicationem appendices foliaceas, in quas desinunt, effundunt; dein

*) „Quinque sunt fratres, Tres sunt barbati,
Sine barba sunt duo nati, Unus ex his quinque
Non habet barbam utrinque.“

foecundatione ineunte simulac cum corollae petalis semet explicant, sub flore nubili plerumque horizontaliter expansa *(sepala patentia)*. petalorum basin suffulciunt, in paucis (R. indica) citius jam semet replicant et alabastrum immaturum penitus occultant (*s. reflexa*), itaque donec decidunt persistunt, sive post petalorum casum, situm horizontalem per aliquot tempus servant, et ne citius reflectantur, alabastrorum figura globosa, penitus ecolli arcentur, sive in aliis ex stirpis natura aut ex indole stictophyllina penitiore, antrorsum flectuntur et prominentia arcteque conniventia discum receptaculi occludunt et genitalia indita fovent *(s. porrecta)*. Ad *durationis* rationem sepala sive brevi post florem *marcescentia* simul cadunt, sive sponte et innata stirpis natura jubente, sive glandulis frutici fortuito subvenientibus sepalisque aliquam duritiem impertientibus, retinentur et *persistunt* in alabastro maturescente *(s. persistentia)*, sive denique in ipso fracescente inter se conniventia perstant (*s. accrescentia*).

Corticem hunc ventricosum, in sepala descissum, *interanea* undique opplent (*torus DC.*); stratum nimirum ex carne molli, demum pulposa s. butyracea ideoque citius fracescente, varie quidem at plerumque dilutius colorata, nonnisi succo proprio corticem externum simul tingente, scatente (atropurpureo v. c. in R. campestri; *Westring* in *patriot. Sällsk. Journ.* 1802. p. 100.), conflatum, cortici externo, cum quo jugiter connatum simile, membranula tamen interjecta in alabastris recisis et indole modo laudata dignoscendum,

a basi crassiore plerumque mediotenus in conum acutiusculum elevata, sarcobasin sic dictam veluti mentiente, ventrem integrum undique et aequaliter obducens, stuppa brevi, fragili, simplici, diaphana, flavescente nec quoque in cute sine pruritu haesitante (gratecul *Gall.*) vestitum, foecundationis tempore germinibus, inter et post maturitatem carpellis cum stylis insidentibus farctum, sursum magis tenuatum minusque stuppeum *(trophospermium Rich.)*, intra sepala autem iterum revolutum et incrassatum, circumcirca in *discum* trophospermii (*medius floris umbilicus Clus.*, *collum Linn.*, *faux Trattinn.*), floris receptaculi vices gerentem circinato-rotundatum, nunc deplanatum, nunc convexum et conicum, nunc mammillae instar productum nuncque urceoli instar excavatum (*d. urceolatus*), et ob stricturam poro rotundo, laevigato pro stylis transmittendis reclusum, fungosum, demum saturatius coloratum, sepalis cinctum et ex scissura bi-tri-lamellata inconspicua petalorum insertionem hypogynam occultante, stamina antherifera exserens iisque contabescentibus, diutius tamen plerumque persistentibus obvallatum, — de quibus singulis eodem, quo succedunt, ordine sigillatim.

Petala (*τὰ φύλλα Theophr.*, folia *Plin.*), quae trophospermium emersum s. discus sustinet, e natura 5, *inexplicata* saturatius tincta, singulis convolutis sibique jugiter incumbentibus genitalia fovent et conum magis minusve ovatum, acuminatum obtusumve, sepalis inter se apice contortis inclusum praestant (*galerus Auson.*, *foliorum* (i. e. petalorum) *caput* et *unguis*

Plin., alabastrum auct. nuperi, die Rosenknospe vern.), rato tempore et ordine per aestivationem quincuncialem in corollam rotatam s. ab ipso genere nominatam, concavam, horis matutinis et postmeridianis patentissimam solique affulgentem semet expandunt, vel raro ex aucto petalorum numero monstri loco interveniente ab hac expansione, clausa et jugiter conglobata deficiunt *(m. myriopetalum)*, vespertinis vero s. noctu, ex innata consuetudine in globum denuo contrahuntur ac penitus recluduntur, plerumque post vitam brevem, saepe ephemeram cadunt, genitalia diutius persistentia profundunt, et permultas ad figurae, coloris, numeri et magnitudinis rationem, ineunt vicissitudines, ob summam floris aestumationem in hoc genere attentius explicandas. *Figura* petalorum e natura ob basin leviter in unguem callosum, brevissimum, discolorem, declinatum et apicem emarginatum, inter obovatam et obcordatam ambigit, et praeter alias aberrationes ab ambitu et latitudine, vix nisi monstri polypetalodis casu interveniente ab illis desciscit. Hinc deflexus petalorum a numero non solum pro figura et proportione, sed quoque pro insertione et evolutione maximi sunt momenti. *Numerus* vero quinarius *(corolla pentapetala, ῥόδα πενταφυλλα Theophr., Athen., einfache Rose)* spontaneis omnibus et generi integro proprius, in sativis et monstri casum subeuntibus aut uno alterove *(corolla subduplicata, halbgefüllte Rose; monstrum decapetalum)*, aut totidem pluribusve petalis, seriem alteram tertiamque sine staminum abortu constituentibus *(monstrum duplicatum*

ῥόδα δωδεκάφυλλα, *Theophr.*, *Athen.*, R. quae duodena folia non excedunt *Plin.*) augetur, aut stamina cum antheris immutantur et metamorphosin petalorum, nullis propemodum antherarum vestigiis relictis, perfectam (*m. anandrum, polypetalum*), sive antherarum rudimentis petalorum apici marginibusque adnexis imperfectam subeunt, et ex numero petalorum omnino s. partim immutatorum vario, ad Graecorum et Romanorum calculum centenario (*ῥ. ἑκατοντάφυλλα Theophr., R. Centifolia Plin.*) implentur (*c. plena, multiplex C. B., flos densifolius C. Gesn., rosae multiplici foliorum serie praeditae Clus., gefüllte Rose*), sive penitus condensantur (*c. plenissima, the flower full double Angl., stark gefüllte Rose*). Cum hoc numero petalorum aucto, prout corolla semet magis minusve implevit, admodum variae imminent sequelae, non solum pro receptaculi disco, pro genitalibus interjectis, petalorum figura, explicatione et dispositione sed quoque pro floris situ et pedunculorum directione. Discus trophospermii, ut petalorum numero aucto melius pateat et locum commodum offerat, saepius denuo dilatatur, elevatur vel deplanatur, et demum ex petalorum unguibus delapsis, foveolis tri-tetrastichis quasi inscribitur (*discus favosus*). Alias genitalia mascula si quidem adsunt, reclinantur, metamorphosi staminum in petala interveniente aut fere aut omnino consumuntur, corollam anandram praestant, et cum vi foecundandi infracta, a carpellorum informatione rata deficiunt et *alabastros cassos* s. post florem cum staminibus stylisque porrectis persisten-

tibus contabescentes (*Rosenputzen vern.*) in frutice relinquunt. Floris polypetali in galeri speciem convoluti moles, staminibus genuinis auctior omneque inter sepala spatium infarciens, ut melius comprehendatur et a sepalis contineatur, petala interiora ungue complicata et inter se equitantia conniventia et demum increscentia faciunt. Hinc petala exteriora in corolla polypetala, reliquis majora et latiora, saepius speciosa, magis concava, in unguem perbrevem dilatatum desinunt et apice leviter tantum exciduntur, vel quoque aliis *calyciformibus* i. e. dorso carina viridi, phyllode, in cuspidem petalis rite exstructis marginatum excurrente, inscriptis (*petala sepaloidea*, quae virore magis conspicuo insignia, forsan *Rosas subvirides*, *C. Bauh. pin.* 482. *) complectuntur) et facie externa margineque pube tenui vestitis, brevioribus, deformibus, apice saepe trifidis sepiuntur. Quae sequuntur et seriem alteram perficiunt minora, minus lata, fere integra, subrotunda sunt; prima tertii ordinis ob unguem breviusculum ac minus latum, hinc deliquescentem connivere incipiunt, ita ut petala inter se equitare videantur, ideo mire inter se miscentur semetque e latere monstrant; quarti ordinis denique petala, ungue productiore plerumque sustentata (*m. unguiculatum*), implicantur, intus connivent, apicem reversum tubo trophospermii immittunt, sine ordine

*) Si teneras Aquifolii arbusculas Rosae inseruntur, flores subvirides producuntur, *Camerario*; si Brassicae antiquo stipiti aut quercui germen tenellum rosae inseras, virides sed inodorae rosae nascentur, *Carolo Stephano* teste.

crispantur, dorso convexo sursum prominent, sensim magis imminuuntur et circa stylos, bullarum s. volvarum replicatarum in modum congeruntur. Ex hac petalorum stamina omnia consumentium dispositione rata et ex extimorum latiorum, concavorum sensimque imminutorum, complicatorum, demum defloreseendi tempore magis expansorum ratione, monstrosa illa at concinna rosarum figura globosa, semiconnivens, gremium dilutius petalisque sensim minoribus centralibusque convolutis farctum aperiens, quam *corollae tornatae* nomine Linnaeano insignimus *(Centifolienbau hortul.)* proficiscitur, et alias complures admittit aberrationes. Ex petalis similiter quidem dispositis at magis imminutis (ut aliquas easque notabiliores hic exhibeamus florum monstrosorum formas), flos *pannosus* fit; ex petalis cuneiformibus, deplanatis sibique jugiter incumbentibus, *ranunculiformis*, qui itidem ex petalis reversis inque globum digestis *opuliformis* redditur. Petala laxe inter se inque orbem planum digesta, magnitudine aequali primum assurgentia, expansa, corollam *rhoeadifloram s. fl. flaccum;* exteriora apice subintegra, revoluta, concava, interiora breviter unguiculata, in basin longam tenuata, complicata ita ut facies interiores compaginentur, superne vero vexilli leguminosarum instar pateant, omnia sine ordine assurgentia et serius demum expansa, corollam *paeoniaeformem* s. *calathinam* praestant.

His scilicet et aliis ejusmodi deformitatis casibus et coloris varietate ac quo Rosae flores eminent et praecellunt splendore, ab antiquissimis inde tempo-

ribus frutex inclaruit nomenque forsan tulit, sine floribus perbelle dispositis illis et coloratis, vilis plane ac saltem hortulanis abjectus. Frondes enim de floribus sequuturis formosissimo tempore spem facientes, exspectatione quasi consolantur, illis demum inclarescentes admirantur, auctumno vero tristes quasi ac deformes praeposterae casum brevemque petalorum vitam lugent et semet inermes inter aculeos praestant manui tenerae, florum deliciis desideratae! In his potissimum adjunctoque odore, ut veterum et mediae aetatis laudibus nostras profitear: „honos decusque florum; cura amorque veris; coelitum hominumque voluptas, floris venustas quavis gemma pretiosior et elaboratior, gratiarum omnium decus," vel aliae notiones ex coloris, odoris et figurae similitudine, rosarum titulis promiscue adhibitae (*Herrm. ros.* 23.) versantur, quae natura rara illa et incomparabili venustatis studio concinnavit et sensuum oblectamenta exiguo recondidit floris gremio! Hae vero *colorum* varietates, aliis levioribus et fictis omissis, in rosis ex tribus fere, ex roseo, albo et luteo perficiuntur, in ejusdem stirpis varietatibus simul redeunt, nec pro oculis sine suavi inter se miscentur penicillo, modo dilutius, modo intensius, modo clarius et obscurius superinducto, difficillime vero terminis exprimuntur. Hinc leviores colorum vicissitudines, quas rhodophili maximi faciunt et ad species distinguendas abutuntur, scrutator spernit plane, obtutu quidem nec praeceptis dignas curat eaeque in hoc tractatu sigillatim non exsequuntur. Ex illis vero, qui valent coloribus, pri-

mitivus *roseus* est (ῥοδο — *var. rhodantha*). *Rubor* is dilutior, *Curtiero* monente, substantiae propriae in petalorum laevigatorum parenchymate delitescenti nec ferro admixto inest variasque subit mutationes, generatim vero nunc intenditur (*c. saturate s. intense ruber, purpurascens*) nunc primitus statim pallescit (*c. dilute-roseus*) ut penitus albescere videatur (*c. carneus*), et inter hos quasi ambigit nec per se gravius v. c. in puniceum et carmineum aberrat. *Albor* petalorum (λευκο —, *var. leucantha*) nonnisi quidem cum aliquo candore eminet ac micat, saepius albulus, nunquam fere niveus et saepissime ex rosa debili subeunte, halitu rubeolo *albo-roseus*, sive ex flavore quodam helvolus evadit, *Flavor* (ὠχρο —, *var. ochrantha*) modo luteum colorem exacte refert, modo ex sulfure, citro vel cera quid immiscet, et nunc aequaliter diffunditur, nunc vitellinus, unguibus petalorum vel disco florifero et staminibus concoloribus solum inhaeret. Hos vero colores natura singulis stirpibus ita impertiit, ut plurimae rubeant, paucae albeant, paucissimae solum flaveant et alterumutrum colorem limbo sive aequaliter diffusum concedat (*c. concolor*), sive duplices in eodem petalo exhibeat mixtos, inter se per plagas longitudinales (*c. variegata* ex —) magisve rotundatas (*c. picturata* ex —) concurrentes. Ruboris deflexus in album generi tam familiaris est ipsisque loci et aëris conditionibus favetur, ut nulla forsan stirps ab illo immunis esse videatur. Minus frequenter albor cum flavore in singulis ejusdem stirpis fruticibus per vicissitudines redit et sensu

latiori varietates ex floris colore rhodanthas, leucanthas et ochranthas praestat. Cum his vero coloribus petalorum substantiae penitius subeuntibus, utraque facies singularem obtinet laevitatem, ut ita dicam sebaceam et pelluciditatem vitream, eamque proprietatem tum oculo nudo tum armato offert (*cor. laeta*). Mutatur haec et praeprimis in facie superiore invertitur ex massulis subtilissimis emersis (*chromatosticti*) et atomorum prominularum solisque radiis saturatius tinctarum instar haud sine ordine et copia dispersis, faciem velutinam s. veteribus holosericeam (the velvet Rose Angl., die Sammtrose *nostr.*) dictam ferme aemulatur, simulac coloris atri, violacei, (R. violacea *Roess.*) coerulescentis (*Rosae coeruleae in hortis italicis apud C. Bauh. pin.* 482.), s. atropurpurei et punicei, prout petala rubore sive flavore suffunduntur, fucum immiscet eumque ita digerit, ut facies illi saturatiori opposita, non solum dilutior ac discolor magis (*flos discolor*) evadat sed quoque a laeta illa pelluciditate deflectat (*cor. tristis*).

Quae his cinguntur *genitalia mascula* (ὁ ἄνθος τῶν ῥόδων *Galen., Diosc.*, anthera s. medium illud croceum *vet. med.*) ex staminibus et antheris componuntur. Stamina (*capilli Plin.*) corollae pentapetalae, numero perquam varia (20—100. in Rosa Lyellii nostra), in seriem duplicem triplicemve inaequalem digesta, epigyna, juniora flaccida, circa stylos colleeta, flava eodemque colore unguem corollae plerumque tingentia, dein circa illos leniter adscendentia, demum patula, cum illo dealbescentia, compresso-teretiuscula, basin versus

nonnisi leviter dilatata, in apicem filiformem, tenuatum excurrentia, exteriora longiora, interiora sensim breviora, saepius post corollam delapsam persistentia, sive decidua et vix nisi ex rudimentis disco inhaerentibus recognoscenda. *Antherae (apices lutei Plin.)* ovato-subrotundae, ovatae, raro oblongae, mediotenus *cardine* calloso (connectivum *DC.*), glandulaeformi, constipato, utrinque deplanato s. hinc convexo latereque opposito concavo, cuneato, glabro parciusve piloso connexae, inferne in basin bicornem s. in lobos geminos, obtusos, patentes, hastatos, staminis apicem excipientes, superne in apicem nunc emarginatum, nunc connatum, acutiusculum punctoque glanduloso coronatum desinunt, nubiles utrinque in rimam longitudinalem, ab auriculis basilaribus ad apicem procurrentem dehiscunt et geminae quasi ex scissuris marginalibus, demum patentius reclusis *pollen* sphaericum, nudum, aureum projiciunt, effoetae contabescunt, semet imminuunt et sive ex marginibus bilabiatis cum nubilibus conformes, sive ex margine circa cardinem contracto spiraliter replicantur et siccae demum fuscescunt.

Partes modo laudatae sexui inservientes, praeter foecundationis opus et novarum, ex binarum nuptiis provenientium ortum hybridum (*subspecies hybridae*), in hoc genere summi momenti. Eorum enim ope, *corollae multiplicatio*, de qua supra summatim egimus, perficitur. Nisus efficax naturalis, ut partes masculae in petala cum exterioribus conformia immutentur ideoque omnibus speciebus proprius quidem,

quibusdam tamen praeprimis familiaris est, et secundum partium singularum naturam et alias caussas fortuitas, in singulis fruticibus aliarum partium ratione et dexteritate humana per secula continuata neque minus mutatis, ex gemmis insitis fideliter redit. Ideo petala multiplicata varie quidem disponuntur in singulis monstris, et prout ex staminum vel antherarum metamorphosi (*met. staminum s. antherarum in petala*) subierunt, habitum alienum saepe mentiuntur, informandi modum tamen eundem servant et stadia sequentia decurrere solent. Quibus floribus *staminum metamorphosis* imminet, eorum stamina: 1) dilatantur aliquantisper et incrassantur, nec antheras superadditas rite perficiunt. 2) Juxta staminum basin ex latere alteroquoque auricula s. ala semirotunda, exigua, ceu primum petali semet informantis rudimentum semilunare succrescit, nec tamen staminis superioris s. antherae informationem omnino invertit sed modo turbat (*stamen monopterum*). 3) Ala s. processus is semilunaris augmenta capit, ad staminis marginem longius, nonnisi ad antheram usque procurrit, latius semet expandit vel quoque cum petalo dimidiato semiovato terminatur, ita ut stamen ex petalo dimidiato semialatum perficiatur, latere stamineo autem incurvetur et contrahatur. 4) Ejusmodi processus petalodes minores majoresve staminis marginem utrumque investiunt (*stamen dipterum*), et demum ita fere concipiunt, ut illius rudimentum tendinis in utraque facie prominuli s. maculae laevigatae flavescentis instar, mediam percurrat petali informati

partem illamque varie implexam comprehendat, et antheram simul mutatam ac polline destitutam aut mediotenus aut intra petali excurrentis excisionem aut ex apice integro protendat. 5) Quamvis petalum sine ullis staminis et antherae vestigiis relictis, semet ita informaverit et striae vel maculae flavescentis loco unguem emiserit, integram tamen faciem solet replicare vel apicem utrumque convolvit et difforme redditur, donec 6) praeter unguem concolorem diducatur denuo et complanetur in genuinam formam.

Similem mutationem *antherae* in petala abeuntes sine vel cum staminum transfiguratione subeunt illisque singularem et alienam plane impertiunt figuram. Antherae, quibus metamorphosis petalodes imminet: 1) prius jam solito magis grandescunt, ovatam cum oblonga mutuant figuram dilatantur cardinemque interjectum callosum, magis tenuatum expandunt, ita ut cornua postica amplius hiantia dispandantur, et callus e natura constipatus membranae hyalinae instar interjectus esse videatur. 2) Membrana calli loco antheris nunc interjecta colorari incipit ac denuo tenuari, colorem roseum et petalorum tenuitatem subit, cornu alterum utrum dimovet, a basi inde primum prominet, expandendo antheram simul concipit et inter antheram et staminis insertionem, rudimentum petalodes exserit non solum sed quoque, facta circa staminis apicem interjectum parva replicatione, convolvit, ita ut cum anthera altera rite exstructa, haec a petalo semet informante dimota et immutata cochlearis s. cuculli formam fingere videatur. 8) Eandem

mutationem anthera in aliis opposita subit, et membrana, cardinis loco interjecta, augmenta capit, dilatando utramque dimovet, latere quocunque appendiculum petalodes exserit et petalum parvum, amorphum, cum spathulae figura comparandum, apice striis flavescentibus prominulis (ceu antherarum rudimentis) notatum et basi dilatata circa staminis insertionem veluti circa axin leviter contortum praestat. 4) Petali tum antheris interjecti tum hinc appensi initium, ut semet rite informet, innititur, rotundatur denuo, roseo colore notabilius tingitur, basin versus declinat et deorsum inter petali finem et staminis initium utrinque leviter contrahitur, sursum vero inter petali excisionem cordiformem, antherae rudimento obsoleto, utrinque flavescente, prominulo eoque nonnisi pollinifero coronatur, ita ut petalum contractum trifidum basique ex stamine subnixo longe unguiculatum evadat. 5) Petalum ita comparatum denuo complanatur et dilatatur, antherae rudimentum illi superadditum exacuitur, utrinque striis flavescentibus tantum inscribitur, connivet et denique 6) his omnibus alienis excussis in petalum rite figuratum immutatur. Hoc scilicet modo R. Chamaerrhodi var. caucasica in monstrum unguiculatum invertitur; quemlibet antherae semet in petalum informantis gressum indicat, ob stylorum integritatem tamen antherasque foetas intermixtas, alabastros maturat, neque minus frequenter autem petalis primitus s. deinceps ex staminibus exstructis, in faciem genuinam relabitur.

Ex germinum apicibus sensim assurgunt basique

intra stuppae comam quasi reconduntur styli (οἱ ὄνυχες *Diosc.*, οἱ λόβοι *Asclep.*, *partes candidae, ungues dictae Plin., tubae Hall.)*, in quovis germine solitarii, infra apicem incurvi, longitudinis inaequalis, inferiores longiores, laterales, quo magis ad apicem tendunt, eo breviores, ex poro evecti illum magis minusve angustatum infarcientes, sive in fasciculum gracilem, columnam quasi ex singulo stylo compositam *(flores monostyli auct.)* vel ex pluribus inter se inaequaliter coalitis conferruminatam *(styli columnares, accreti, cohaerentes Sering., systyli DC., styli in columnam elongatam cohaerentes Lindl.)* mentientes, revera autem inter se tantum conglutinati, sive liberi ac distincti, solum approximati *(st. clavati)* itaque contabescentes, sive diffusi et in poro exampliato quaquavorsum vergentes *(st. effusi)*, superficie satis varii in omnibus ipsaque R. scandente, quam ex hac nota auctores nuperi in plures species dispescuerunt, nunc glabri, nunc pilis adpressis pilosi s. tortuosis tomentosi iisque naturae congruenter et invito intertexti *(lusus eriostyli)*, sive in margines membranaceos complicatos *(m. ceratostylum)* expansi, sive denique producti magis et ex poro longius *(l. megastyli)*, sive imminuti brevius *(l. brachystyli)* porrecti, maturationis tempore a carpellis quidem soluti, superne tamen in fasciculum unguiculatum, magis minusve compactum collecti nec alabastri maturescentis porum relinquentes. Singulis stylis superaddita sunt *stigmata* tubaeformia, plerumque exigua, raro majora, subpeltata, circinata s. hinc amplius producta, integra inaequaliterque appendiculis

parvis fimbriata, argute inter se concinneque in faciem aequalem disposita, raro ordine inaequali inter se conglutinata, colore viridia, albentia, flavescentia, aurea s. amoene purpurascentia (*st. discolores*). Ex stylorum et carpellorum semet informantium abundantia indigestaque mole, qua plurium rosarum ex monstri casu, ante multos annos fortuito machinatarum alabastri infarciuntur et stipantur, singularis illa et insignis fructuum figura, quam auctores modo cum hemisphaera et turbine, modo cum urceo, campana et rapo compararunt et in alabastrorum ita figuratorum (*germen rapaeforme Roess. oek.* II. 47.) fidem totidem species distinctas, (R. turbinata *Ait.*, R. hemisphaerica *Herrm.*, R. Rapa *Bosc.*, R. inermis *Delaun.*, R. tuguriorum *Willd.*, R. Rosenbergiana *Thor.* et al.) *Trattinnickius* vero propriam generis seriem a *Dupontio* dictam (*Syn.* 1. 73. *sqq.*) statuerunt, proficiscitur, nec praeter deformitatis vitium aliis caret sequelis. Omnia enim alabastrorum monstra, quae ex stylorum non solum numero sed quoque pube superhabita ab ordine desciscentium fiunt, *polystylorum* nomine singulis stirpibus subscripta, in eo inter se congruunt, ut 1) moles eorum et amplitudo haud mediocriter augeantur; 2) figura a genuina absona desciscat, hemisphaeram haud male mentiatur urceumque pro interaneis concipiendis commodum expandat; 3) porus ex stylis evectis dilatetur discoque latiore et pro petalis plurimis idoneo contineatur; 4) pondus ita augeatur, ut pedunculus declinetur et sive cum galero sive inter maturitatem propendeat; 5) stra-

tum interius tenuetur, exterius vero incrassetur; 6) sepala denuo confirmentur; 7) corticis integritas autem, eodem plane modo ut in Dianthis plenifloris, nostratibus *Platznelken* dictis, diffindatur et 8) post petalorum casum, interaneorum omnium i. e. carpellorum effoetorum congeries stylorumque globus cum stuppa superhabita et interjecta profundantur malusque alabastris semper cassis impertiatur habitus.

Germina in alabastris numero varia 5—10 *(alab. oligospermi)* 10—60 *(alab. polyspermi)*, lateralia basi declinata, in fulcro brevissimo (*trabecula*, pedunculus carnosus croceus *Gaertn.*) tum trophospermio tum germini arcte concreta, subsessilia, intermedia longiora e sarcobasi assurgente sustentata, stuppa involuta *(semen lanugine opertum Plin., Hall., setis albis sericeis adspersum Gaertn., semen hispidum Linn., Juss.)* eaque adpressa extus apiceque comoso dense obsessa, intus illa destituta et raphe longitudinali ad styli insertionem procurrente inque putamine et seminis tunica ex rudimento conspicua inscripta, oblonga, albida, pulposa, in floribus monstrosis anandris s. poly-eriostylis fere semper *effoeta* itaque contabescentia stylis persistentibus coronata et alabastris cassis inclusa. *Foeta* grossificationis tempore denuo intumescentia, putamen osseum, figurae admodum variae nec cum alabastris ipsis congruae, plerumque ex contactu mutuo multangulum, utrinque compressum, extus gibbosum, antrorsum in apicem aliquantulum inclinatum, intus deplanatum contractumve, saepius ovatum cum acumine, raro omnino cylindricum et teres, albidum,

in alabastris succosis coloratum, raphe cum septi rudimento inscriptum superinducentia inque nucularum ossearum naturam abeuntia (*semen et os Plin., semen callosum Boerh., carpellum DC.*). Huic putamini inest semen unicum inversum, exalbuminosum, ovatum, oblongum et cum putamine conforme, sub tunica tenui helvola, hinc lineata, basi chalaza fusca notata, radiculam conicam, superam, rectam, prominulam et cotyledones ovatas, raphi parallelas, crassas, intus planas, extus convexas, niveas, oleosas includens.

Ex hoc vero partium singularum examine, non solum ambiguitates, fabellis auctorum de genuina stirpium natura commenticiis nec tamen ad earum ambitum dilucidandum spernendis, obumbratae tute componuntur et dispelluntur, sed quoque generis notae redundant et affatim addiscuntur, quas corollarii loco subjunctas sequentibus tradimus.

Character Rosae generis artificialis.

***Corolla** 5-petala, rotata, disco trophospermii emersi superaddita, speciosa. **Calycis sepala** 5. per aestivationem apice subspiraliter imbricata, nunc conformia nunc difformia, ex strato alabastri externo subeuntia. **Germina** carpellorum sarcobasi stupposae lateribusque strati interioris adfixa s. trabeculis suffulta, in carpella ovata, multangula, ossea, non dehiscentia indurata, alabastro pulposo, collo constricto fota. **Styli** e carpellorum apice assurgentes porumque disci permeantes. **Semen** in achenio 1. exalbuminosum, inversum. **Embryo** rectus, cotyledonibus planiusculis.*

Generis *essentiam* stabilem, praeter familiae notas agnovit Natura in *carpellis osseis stuppa peculiari stipatis, alabastri ventricosi trophospermium pulposum trabecularum subjectarum ope obsidentibus.*

Subscripserunt genus systematum fundatores: *Plinius* fruticibus coronariis; *Caesalpinus* plantis arboreis, flore in summo fructu; *Rajus* arboribus fructu umbilicato, humido polypyreno; *Knauthius* fruticibus bacciferis; *Boerhaavius* arboribus rosaceis, ovario calyce coronato, seminibus multis callosis; *Rivinus* regularibus pentapetalis, pericarpio succulento; *Tournefortius* fruticibus fl. rosaceo et calyce in fructum seminibus callosis foetum abeunte; *Linnaeus* (*in meth. calyc.*) fruticibus calyce floribundo, perianthio semina nuda obvolvente, s. (*in syst. sexual.*) Icosandriae polygyniae, (*in syst. natur.*) Senticosis; *Hallerus* pl. pomiferis umbilicatis; *Royenus* et *Scopolius* Calycifloris; *Neckerus* Rhodophoris; *Gerardus* et *Jussieuius* Rosaceis, et *Candollius* denique, felicissimus Naturae interpres, ex hac solum Rosacearum tribum septimam s. Roseas concinnavit.

DE

ROSA SPECIATIM.

ROSARUM STIRPES.

Tournef. institut. I. 636. *tab.* 408. *Linn. gen. pl. no.* 631. *Herrm. ros.* 5. *Juss. gener. pl.* 372. *Lamarck illustr. tab.* 440. *Gaertn. fruct.* 1. 347. *tab.* 73. *f.* 4. *Necker elem.* 784. *Schk. Handb. II. tab.* 134. *DC. prodr. II.* 597.

† *sepalis omnibus simplicibus, conformibus.*

(Rosae homoeosepalinae.)

* *stipulis nullis.*

1. Rosa berberifolia Pall. (monophylla, extipulata).

** *stipulis solutis s. in auriculas setaceas plerumque caducas productis, stipellas liberas mentientibus.*

2. Rosa Lyellii Lindl. (sepalis 3 costatis, 2 planis, pedunculis cum alabastris conformibus).

3. Rosa Banksiae R. Brown, (foliolis siccis exarato-nervosis).

4. Rosa sinica Ait. (foliolis vivis siccisque laevigatis, nervo adpresso-aculeolatis).

*** *stipulis alaribus persistentibus.*

° *stylis liberis in unguem crassiusculum dispositis s. umbilicatis.*

5. Rosa indica Burm. (sepalis sub flore inque alabastris deflexis).

6. Rosa sericea Lindl. (aculeis junioribus apice sursum tendentibus).

7. Rosa campestris Clus. (nostras, alabastris globosis pedunculo erecto conformibus succosis).

8. Rosa suavis Willd. (barbara, alabastris oviformibus, exsuccis).

9. Rosa alpina Linn. (nostras, alab. pedunculoque subconformi deflexis, sepalis conniventibus).

10. Rosa pendulina Linn. (barbara, alabastris pedunculoque subconformi deflexis, sepalis conniventibus brevibus).

11. Rosa cretica Tournef. (pedunculis brevissimis).

12. Rosa palustris Marsh. (barbara, auctumnalis, stipulis inflexis, sepalis lingulatis).

13. Rosa humilis Marsh. (barbara, sepalis sensim acuminatis).

14. Rosa majalis C. Bauh. (nostras, stipulis dilatatis, bracteis ochreatis, pedúnculos aequantibus).

15. Rosa blanda Ait. (barbara, stipulis dilatatis cum foliis polyzygis).

°° *stylis approximatis columnam gracilem mentientibus s. columnaribus.*

16. Rosa moschata Gesn. (sepalis lanceolatis elongatis galeros aequantibus).

17. Rosa multiflora Thunb. (stipulis pectinatis).

18. Rosa scandens Mill. (nostras, sepalis ovatis enerviis galeros vix excedentibus).

19. Rosa rubifolia Lindl. (barbara, sep. reflexis).

†† *sepalis compositis, difformibus.*

(*Rosae heterosepalinae.*)

20. Rosa vulpina Gesn. (antheris apiculatis).

21. Rosa Cynorrhodon. (nostras, aculeis aduncis validis, corolla mediocriter magna, pedunculis brevibus).

22. Rosa setigera Mich. (barbara, aculeis recurvis).

23. Rosa villosa Linn. (eriophylla, aculeis rectis longis).

24. Rosa Chamaerrhodon Clus. (foliorum sepalorumque nervis exaratis, corolla speciosa, pedunculis longis stipitato-glandulosis).

NB. Omnes stirpium tituli nominibus inventorum inscripti, ex auctoris castigatione!

1. Rosa berberifolia Pall.

R. alabastris globosis sessilibus sepalisque integris reflexis aculeolatis, foliis simplicibus subsessilibus exstipulatis ovatis basi attracta subintegerrimis coriaceis dentatis glaucis, aculeis rectiusculis eburneis decurrentibus, ramulorum substipularibus sparsisve, trunco erecto.

(variet. ex ramulorum superficie.)

† *leiophloea, ramulis, foliis alabastrisque glaberrimis.*

* *lusus: foliis spathulatis, aculeis substipularibus paucioribus.*

R. berberifolia *α.* glabra *Sering. in DC. prodr.* II. 602.

** *foliis oblongis, aculeis plurimis sparsis.*

R. berberifolia *γ.* Redouteana *Sering. l. l.*

R. berberifolia! *Pall. nov. act. petrop.* X. 379. tab. X. f. 5. *Ait. kew.* ed. 2. III. 258. *Redout. ros.* I. 27. c. ic. *Allg. Teutsch. Gart. Magaz.* 1816. p. 218. tab. 25.

R. monophylla *hortul.*

R. simplicifolia *Juss. gener. pl.* 452. *Salisb. hort. all.* 359. *Parad. lond.* 101. c. ic. *Olivier voyag.* V. 49. *atl.* t. 43.

R. persica *Michaux.* teste *Juss. l. l.*

†† *eriophloea, ramulis, aculeis, foliis alabastrisque junioribus pubentibus.*

R. berberifolia β. velutina *Sering.* l. l.

R. berberifolia *Willd. sp. pl.* II. 1063. *Lindl. ros.* 1. *Trätt. syn.* I. 214.

Hab. prope Amadan, in Persiae locis salsis (*Mich.*); in promontoriis montium Elvindensium (*Olivier*); in deserto songarico (*Sievers*). Fl. vere. — In hortos anglicos *Banksius* anno 1789 introduxit, quae nunc in gallicis R. spinossimae insita laete viget (*Bosc., Pronv.*).

2. Rosa Lyellii Lindl.

R. alabastris sphaericis cerasiformibus demum rubro-aurantiacis pedunculo conformi brevi bracteis latioribus angustioribus caducis suffulto innixis, sepalis integerrimis, exterioribus ovato-oblongis dorso costatis breviter-sensimque tenuatis, interioribus planiusculis ecostatis abrupte mucronatis, stipulis deciduis inaequalibus, inferioribus abbreviatis obsoletis, superioribus sensim majoribus inciso-dentatis bracteas mentientibus, foliolis polyzygis subcoriaceis breviter petiolatis, trunco arbusculaeformi aculeis rectis substipularibus infesto.

A. bractescens, bracteis oblongis.

(variet. ex florum colore.)

† *leiophloea, frondibus glabris.*

* *rhodantha, petalis dilutius roseis.*

a. R. Roxburghii, alabastris globosis sepalisque aculeolatis, foliolis subrotundis nitidis argute-dentatis utrinque ramulisque glabris, pedunculis bracteis lanceolatis munitis.

(monstrum polypetalum.)

R. Roxburgii *Tratt. syn.* II. 233.

R. microphylla *Roxb. fl. ind. ined., Lindl. ros.* 146. *Sering. in DC. prodr.* II. 602.

?R. gallica *Thunb. japon.* 214. *excl. syn.*

†† *eriophloea, frondibus pubentibus.*

** *leucantha, petalis albulis.*

(variet. ex foliorum superficie.)

° *leiophylla, foliolis glaberrimis.*

b. R. nepalensis, pedunculis cymosis bracteas lanceolatas integras superantibus, foliolis oblongis glabris, stipulis ramulorum amplioribus profunde-dentatis petioloque pubentibus.

R. Lyellii *Lindl. ros.* 12. *tab.* 1. *Tratt. syn.* II. 191. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

°° *eriophylla, foliolis subtus pubentibus.*

c. R. clinophylla Thor., alabastris globosis, pedunculis solitariis frondibusque pubentibus, foliis polyzygis, foliolis supra lucidis subtus tomentosis duplicato-dentatis.

R. clinophylla *Thory in Redout. ros.* 43. *c. icon., prodr.* 126. *Lindl. ros.* 137. *Pronv. monogr.* 135. *Sering. in DC. prodr.* II. 606.

R. involucrata *Doon cantabr.*

°°° *stictophylla, foliolis subtus glandulosis.*

d. R. rugosa Thunb., alabastris globosis glabris, frondibus, petiolis pedunculisque obsolete-bracteatis cum aculeolis interspersis pubentibus, foliolis ovatis obtusis cum acumine supra rugosis subtus tomentosis glandulosis duplicato-dentatis, trunco aculeolis rectis densissimis horrido.

R. rugosa *Thunb. japon.* 213. *Willd. sp. pl.* II.

1070. *Pers. ench.* II. 48. *Roess. oek.* II. 13. *Lindl. ros.* 5. *c. umbra, ad ic. japon. in bibl. Banks. exarata.* *Sering. in DC. prodr.* II. 607.

*** *R. ochrantha, petalis sulfureis.*

R. xanthina *Lindl. ros.* 132. *ad icon. pict. in bibl. Lamb.*

B. bracteata, bracteis latioribus alabastros obvallantibus.

(variet. ad foliolorum superficiem.)

† *eriophloea; lejophylla, fol. glabris in frondibus pubentibus.*

c. R. bracteata Wendl., alabastris globosis aurantiaco-rubris pedunculisque brevibus stuppeo-pubentibus, bracteis ovatis abrupte acuminatis profunde-dentatis galeros alabastrosque obvallantibus demum deciduis, foliis polyzygis, foliolis obovatis obtusis utrinque glaberrimis tenuiter mucronato-denticulatis subtus opacis reticulato-nervosis, trunco arbusculaeformi ramulisque stuppeo-tomentosis aculeis rectis substipularibus infestis.

(variet. ad aculeorum copiam.)

* *mitis, ramulis praeter aculeos substip. mitioribus.*

R. bracteata *Wendl. obs.* 50., *hort. herrenh.* IV. 7. tab. 22. *Vent. cels.* tab. 28. *Pers. ench.* II. 45. *Willd. sp. pl.* II. 1079. *Roess. oek.* II. 19. *Redout. ros.* I. 35. tab. 6. *Thor. prodr.* 125. *Sering. in DC. prodr.* II. 602. *Tratt. syn.* II. 189.

R. Lindleyana *Tratt. syn.* II. 190.

R. lucida *Lawr. ros.* tab. 84. *Andr. ros.* f. 13.

R. Macarthnea *Dum.-Cours. bot. cult. ed.* 2.

The Stanntons Rose Angl.

La Rose du Lord Macarthney, R. bracteolée *Gall.*

Die Wendlands-Rose *(Roess.)*, beblaetterte Rose *(Willd.)*, Deckblaetterige R. *(Roess.)*.

** *ferox, ramulis pubentibus aculeatis cum aculeolis glandulisque stipitatis horridis.*

R. bracteata *β.* scabriuscula *Sering. in DC. prodr.* II. 602.

R. bracteata *β.* scabricaulis *Lindl. ros.* 10.

R. bracteata *Moench meth. suppl.* 290. *Jacq. fragm.* 30. tab. 34. f. 2. *Sims bot. mag.* tab. 1377.

†† *eriophylla, foliolis subtus tomentosis.*

f. R. involucrata Roxb., alabastris globosis breviter-pedunculatis bracteis pectinato-dentatis munitis, his, frondibus foliolisque ovato-lanceolatis subtus pubentibus.

R. involucrata *Roxb. fl. ind.* teste *Lindl. ros.* 8. *icon. pl. chin.* t. 19. *Seringe in DC. prodr.* II. 602.

R. palustris *Buchan. in lit.*

Hab. in India orientali; var. a. in Chinae lucis *(Roxb. Wallich)*; b. in Nepalia *(Wall.)*; c. in India *(Wall.)*; d. in Miaco Japon. *(Thunb.)*; e. et f. in variis Chinae provinciis *(Roxb., J. Haxton)*, e quibus *Stauntonius* var. e. 1795 in hort. anglicos tulit. Fl. in patria aestate ineunte, apud nos Aug. Septembr., nec tamen alabastros solet maturare.

3. Rosa Banksiae R. Br.

R. alabastris globosis parvulis demum coccineis pedunculisque elongatis subcymosis glabris, sepalis ovatis abbreviatis integerrimis demum patentibus deciduis, stipularum alis obsoletis in auriculas setaceas deciduas excurrentibus, foliis oligozygis glaberrimis, foliolis oblongis coriaceis nitentibus crenato-arguteque dentatis exsiccando utrinque exarato-nervosis, trunco in ramos vitigineos protenso aculeis parvis teretibus infesto.

(var. ad alabastr. molem.)

† *microcephala, alabastris parvulis juniperiformibus.*

a. R. microcarpa Lindl., alabastris pisiformibus oligostylis demum coccineis lucidis, pedunculis dichotomo-corymbosis elongatis ebracteatis nudis, foliolis 2-4 jugis oblongo-lanceolatis acutis argute-serrulatis subtus discoloribus, ramis vitigineis parce aculeatis.

R. cymosa *Tratt. syn.* I. 87.

R. microcarpa *Lindl. ros.* 130. tab. 18. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

R. indica *Pers. ench.* II. 50. *excl. syn. Linn.*

R. cheusan glabra juniperi fructu *Petiv. gaz.* 57. t. 35. f. 11.

(lusus ex floris magnitudine.)

* *micranthus, floribus parvulis.*

R. fragariaeflora *Sering. in DC. prodr. l. l. ad ic.*
(lusus ex foliolorum numero.)

** *triphyllus, foliis 1-jugis.*

R. triphylla *Roxb. fl. ind. teste Lindl. ros.* 138. *Sering. in DC. prodr.* II. 600.
(monstrum ex petalorum stylorumque numero.)

*** *polystylum, stylis villosis alab. infarcientibus.*

b. R. inermis Roxb., stylis plurimis villosis alabastros semiglobosos exampliatos parvos infarcientibus, floribus polypetalis ranunculiformibus, pedunculis umbellatis, foliolis variis ovatis, oblongis lanceolatisque 1-jugis, florali 1-jugo majore, ramulis vitigineis longissimis subinermibus.

R. Banksiae *R. Brown in Ait. kew.* III. 258. *Sims mag.* tab. 1954. *Lindl. in Kerii* reg. tab. 397., *ros.* 131. *Redout. ros.* II. 43. c. ic. *Allg. Gart. Magaz.* 1816. p. 169. tab. 19. 1824. p. 30. *Andr. ros. fasc.* 38. *Tratt. syn.* II. 212. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

R. inermis *Roxb. fl. ind. teste Lindl.*

†† *macrocephala, alabastris majoribus.*

c. R. amygdalifolia Sering., alabastris oviformibus magnis aculeolatis, sepalis ovatis acutis dilatatis stylisque productioribus, foliolis oblongo-lanceolatis parce-denticulatis, ramis aculeatis.

R. amygdalifolia *Sering. in DC. prodr. l. l. ad ic.*

Hab. in Chinae variis provinciis, ex quibus monstrum b., R. Banksiae titulo ornatum, *Kerii* studio 1807 hortos anglicos salutavit. Fl. Mart. April.

4. Rosa sinica Ait.

R. alabastris oviformibus aurantiacis, his, pedunculis, sepalis integris demum persistentibus porrectis, petiolis foliolorumque costa aculeolatis, stipularum alis obsoletis in auriculas setaceas deciduas productis, foliis oligozygis, foliolis ovatis coriaceis glabris nitidis serratis vivis siccisque laevigatis, trunco in ramos vitigineos protenso aculeis falcatis infesto.

(var. ad floris colorem.)

† *leucantha floribus albis.*

a. R. nivea DC., alabastris oviformibus aurantiacis pedunculisque aculeolatis, foliolis 1-2jugis, foliolis ovatis costa petiolisque aculeolatis utrinque virentibus nitidis.

R. nivea! *DC. monsp.* 137. *Poir. encycl. suppl.* IV. 713. *Redout. ros.* II. 81. *c. icon. Thor. prodr.* 37. *excl. syn. Mich. Tratt. syn.* II. 183.

R. ternata *Poir. encycl.* VI. 288.

R. Macarthnea *Dum. Cours. bot. cult.* ed. I.

R. trifoliata *Bosc* dict. d'agr.

R. triphylla *Nois. in lit.*

R. scandens *hortul. nec Mill.*

R. cherokeensis *Donn cant.* 170.

R. caninae var. fl. albis *Thunb. jap.* 214. *excl. syn.*

R. sinica *Ait. kew.* II. 261. *Moench weiss.* 120.

Roess. oek. I. 121. *Lindl. ros.* 126. tab. 16. *nec Lindl. et Tratt. Léman not.* 11.

R. alba cheusanensis foliolorum margine et rhachi media spinosis *Plukn. amalth.* 185.

(lusus ex alabastrorum colore.)

α. xanthocephalus, alabastris flaventibus pedunculisque dense validoque aculeolatis.

R. nivea β. setifera *Sering. in DC. prodr.* II. 600. *Pronv. ros.* 126.

R. scandens *hort. hisp.*

β. cyanocephalus, alabastris rore caesio coerulescentibus ramulisque dense aculeolatis.

R. hystrix *Lindl. ros.* 129. tab. 17. *Sering. in DC. prodr.* II. 599.

(lusus ex foliolorum numero.)

γ. polyzygus, foliolis 3-4 jugis.

R. recurva *Roxb. fl. ind. teste Lindl.* ros. 127. *Tratt. syn.* II. 227. *Sering. in DC. prodr.* II. 600.

(monstrum ex stylorum indole.)

δ. cerato-s. polystylum, stylis plurimis praeter naturam productioribus.

R. cucumerina *Tratt. syn.* II. 181. *ad ic. pl. chin. e bibl. Braamiana.*

†† *ochrantha, floribus luteis.*

?R. pseud-indica *Lindl. ros.* 132. *ad ic. pl. chin. in bibl. Lamb.*

Hab. in variis Chinae provinciis *(Bladh.)*, in Japonia *(Thunb.)* inque Nepalia *(Buchan., Roxb.)* et var. a. in hortos anglicos *Ph. Milleri* studio 1759. introducta. Fl. Maj.-Jul.

5. Rosa indica Burm.

R. alabastris oviformibus subglobosisve glabris demum aurantiacis, staminibus inflexis stylos obvallantibus, sepalis ovato-lanceolatis integerrimis ante et post anthesin deflexis demum deciduis, pedunculo elongato solitario ebracteato, erecto debili ex glandularum aspritie discolori, foliis oligozygis, foliolis ovatis acuminatis glabris cuspidato-dentatis venarum reticulo eburneo terso inscriptis subtus halitu roreve glauco suffusis supra viridibus, trunco a basi inde in ramos erectos sarmentosos frondescente aculeis conicis solutis infesto.

(var. ex foliolorum superficie.)

† *leiophylla, foliolis glabris, supra plerumque laete virentibus subtus roridis.*

A. microcephala; foliolis ovatis membranaceis, conduplicatis rubedine livida saepius tinctis, demum roris halitu suffusis, expansis supra laete et cum aliquo nitore viridibus, mitius dentatis; petiolis aculeis paucioribus infestis; pedunculis subsolitariis, pro varia fruticis luxurie et foliorum amplitudine nunc idque lubentius gracilibus nunc validioribus; sepalis lanceolatis subconformibus, binis saepius appendiculo uno

alterove auctis, composita mentientibus; petalis corollae mediocriter magnae laete-roseis, raro purpurascentibus et ex chromatostictis, velutinis s. tristibus; alabastris 8—15 *stylis, immaturis plerumque ambitu attracto oblongis, dein mediocriter magnis oviformibus iisque incassis contabescentibus; trunco ramisque minus productis at laete frondescentibus.*

a. R. chinensis Jacq., alabastris oviformibus glabris, sepalis lanceolatis subsimplicibus irregulariter appendiculatis, pedunculis subsolitariis gracilescentibus, foliolis ovatis membranaceis innocuo-dentatis subtus halitu rorido glaucescentibus, junioribus saepe discoloribus, trunco in ramos vimineos deliquescente.

β *pentapetala, petalis* 5. *dilutius saturatiusque roseis.*

(*lusus: a. laetus, fl. roseis.*)

R. indica vulgaris, flore roseo *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

R. indica γ. rosea, fl. simplici *Redout. ros.* I. 49. *Thor. prodr.* 130.

La Bengale à fl. simples *Gall.*

b. *tristis, fl. ex chromatostictis saturatioribus.*

R. indica, fl. simplici atropurpureo *Andr. ros. fasc.* 16.

(*monstra ex petalorum numero eorumque et foliorum magnitudine.*)

°° *decapetala, petalis inaequalibus flaccis, praeter stamina integra in ordinem duplicem digesta.*

(*lusus ex florum magnitudine et colore.*)

a. macranthus, floribus mediocriter magnis.

R. indica vulgaris *Redout. ros.* I. 51. *Thor. prodr.* 130. *Lindl. ros.* 106.

R. chinensis *Jacq. observ.* III. 7. t. 55. *Tratt. syn.* I. 95. *Willd. sp. pl.* II. 1078.

R. bengalensis β. chinensis *Pers. ench.* II. 50.

R. sinica *Linn. syst.* ed. 13. *pag.* 398.

R. indica *Linn. in herb. nec in sp. pl. Lawr. ros. tab.* 26. *Ait. kew.* III. 266. *Redout. ros.* I. 51. II. 35. 38. 79.; var. variegata *Thor. prodr.* 131.; var. subalba *Thor. l. l. Tratt. syn.* I. 99.

R. semperflorens carnea *Roess. ros.* tab. 19.

(var. ex foliolorum figura.)

(leptophylla, foliolis angustioribus.)

b. R. longifolia Willd., alabastris oviformibus pedunculisque glabris, foliolis 1-2 zygis lanceolatis acuminatis serrato-inaequaliterque dentatis integrisve subtus nervosis, stipulis e basi latiori in auriculas obsoletas decurrentibus tenuatis integerrimis, trunco ramisque subinermibus.

R. semperflorens γ. longifolia *Prono. ros.* 108.

R. indica ε. longifolia *Sering. in DC. prodr.* II. 600.; δ. longifolia *Lindl. ros.* 106.

R. longifolia *Willd. sp. pl.* II. 1079. *Poir. enc.* VI. 296. *Redout. ros.* II. 27. *Tratt. syn.* II. 101.

R. persicifolia *hortul.*

La Bengale à feuilles de pêcher *Gall.*

b. micranthus fl. foliisque minoribus.

° *petalis obtusis.*

c. R. humilis Sering., alabastris ovato-subrotundis parvulis, sepalis lanceolatis inaequaliter appendiculatis petala flacca subaequantibus, foliolis 1-2-zygis ovatis acuminatis argute-serrato-denticulatis cum reliquis partibus imminutis, trunco depresso in ramos graciles effuso subinermi.

R. indica ?. humilis! *Sering. mél.* 44. *decad.* 39.; *in DC. prodr.* II. 601.; var. pumila *Redout. ros.* II. 25.; var. fl. simplici et multiplici *Thor. prodr.* 130.; var. γ. pumila *Lindl. ros.* 106.

R. bengalensis micrantha *hortul. Teutsch. Gart. Mag.* 1818. p. 53. tab. 5. f. 2.

°° *petalis acutiusculis.*

(spontanea, decapetala.)

d. ?R. nankinensis Lour., alabastris oviformibus glabris, sepalis glandulosis, foliolis 2-zygis ovato-oblongis acuminatis cuspidato-serratis, trunco pygmaeo aculeis horrido.

R. nankinensis *Lour. coch.* 324. *Lindl. ros.* 54. *Sering. in DC. prodr.* II. 610.

(domestica, polypetala.)

e. R. Lawranceana Sweet, alabastris oviformibus oligospermis glabris, pedunculis elongatis sepalisque petala obovata acuminata aequantibus inaequaliter appendiculatis glandulosis, foliolis 1-2-zygis ovatis acutis argute inaequaliterque denticulatis, trunco depresso aculeis rectiusculis infesto.

R. indica ε. acuminata *Sering. in DC. prodr.*

II. 601.; var. acuminata *Redout. ros.* I. 53. c. ic.; var. *μ. Thor. prodr.* 130.; var. *π.* Lawrantiana *Thor.* l. l. *Redout. ros.* II. 38.

R. Lawranceana *Sweet hort. sub. Lindl. ros.* 110.

R. Laurentiae *hortul. Andr.* 38. *Tratt. syn.* I. 105.

R. semperflorens minima *Sims bot. mag.* tab. 1762.

R. pusilla Maurit. cat. 15. *teste Lindl.*

(monstra ex petalorum et stylorum numero.)

ooo *polypetalum, floribus mediocriter magnis, laetius saturatiusque roseis, cum staminibus residuis ex petalis varie concinnatis compositis.*

α. rosea, floribus roseis plenis.

R. indica multipetala *Redout. ros.* I. 51. *Thor. prodr.* 130.

La Bengale cent-feuilles *Gall.*

β. coerulescens, alabastris obovatis, floribus cymosis plenis micropetalis ab initio purpureis tandem violaceis.

R. indica *γ.* Ternauxiana *Sering. in DC. prodr.* II. 600.

R. indica *δ.* chremesina *Thor. prodr.* 129.

R. Noisettiana purpurea *Redout. ros.* III. 103.

R. sinica Ternotea *Tratt. syn.* I. 94.

γ. formosissima, floribus purpureis odoratis subconvolutis plenissimis pedunculos declinantibus.

R. sinica formosissima *Tratt. syn.* I. 92. *Andr. ros. fasc.* 14.

δ. pannosa, floribus purpureis variegatisque plenis subcorymbosis odoris.

R. sinica pannosa *Tratt. syn.* I. 93.

R. indica *x.* pannosa *Redout. ros.* II. 37. 38. *Thor. prodr.* 131. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

R. indica stelligera, sertulata et caryophyllea *Redout. ros.* II. 41. 43 et 69.

La Rose guenille; la Bengale bichonne *Gall.*

(lusus ex alabastri figura.)

x. sphaerocephalus, alabastris globosis, petalis saturate-purpureis flaccis, frutice surculoso.

R. Bisshonii *hortul.*

ζ. polystylus, stylis plurimis alabastros globosos infarcientibus.

R. indica turbinata *Tratt. syn.* I. 97.; var. multipetala *Redout. ros.* II. 35.

(monstrum ex stipulis.)

o. stipulare, alabastris pedunculisque glabris, sepalis difformibus, foliis 1—zygis, foliolis oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis argute-dentatis ad stipulas inciso-dentatas subpectinatas retractis, bracteis stipulaeformibus.

(subspecies ex aliarum, forsan ex R. moschatae nuptiis, a qua peduncul. alabastr. et sepal. pubem et sepalorum difformitatem tulit.)

f. R. Noisettiana Bosc, alabastris oviformibus, sepalis ovato-oblongis difformibus pedunculisque elongatis subcorymbosis parce pubentibus, foliolis ovatis acuminatis subconcoloribus glabris argute serratis.

R. indica *β.* Noisettiana *Sering. in DC. prodr.* II. 600. *Thor. prodr.* 131. *Redout. ros.* II. 77. c. ic.

R. Noisettiana s. Rose de Noisette *Bosc. dict.*

d'agric. II. 298. *Allg. Teutsch Gart. Mag.* 1822. p. 7. tab. 2. *Tratt. syn.* I. 102. *Prono. mon.* 107.

R. paniculata *hort. genev.*

Noisette blanche *Gall.*

B. macrocephala; foliolis ovato-oblongis acuminatis membranaceo-constipatis remotius minaciusque dentatis; petiolis validioribus aculeis majusculis infestis; pedunculis robustioribus et ex glandulis hirsutioribus, saepius subcorymbosis iisque more reliquarum bracteatis; sepalis ovato-oblongis, his abrupte —, illis sensim mucronatis, parce appendiculatis; petalis speciosis saepius purpurascentibus; alabastris 10 — 20 *stylis e basi pyriformi oviformibus majoribus; trunco elatiore aculeis et reliquis partibus majoribus instructo.*

g. R. semperflorens Curt., alabastris e basi productiori oviformibus glabris, sepalis ovato-oblongis acutis subsimplicibus, pedunculis validioribus glanduloso-asperis, foliolis ovato-oblongis acuminatis subglaucescentibus, trunco robusto in ramos erectos sarmentosos assurgente, aculeis conicis validis.

° *pentapetala, petalis* 5. *saturatius dilutiusque roseis.*

(*monstra ex petalorum numero.*)

°° *decapetala, petalis inaequalibus flaccis circa stamina integra in ordinem duplicem digestis.*

R. indica α. vulgaris, fl. purpureo; β. semperflorens *Sering. in DC. prodr.* II. 600.; var. chinensis semiplena *Sering. mél.* I. 31., *decad.*

no. 27.; var. Linnaeana *Thor. prodr.* 129. *Redout. ros.* I. 49. III. 41. et 63.

R. sinica *Tratt. syn.* I. 89.

R. bengalensis *Pers. ench.* II. 50.

R. semperflorens *Curt. bot. mag.* tab. 284. *Lawr. ros.* t. 28. *Jacq. schoenbr.* III. 281. *Willd. sp. pl.* II. 1078. *Lindl. ros.* 108. *nec Desf.*

La Rose bengale; la Bengale fleurie, à fl. variables, toujours en fleurs *Gall.*

Die Monatsrose *hortul. nec Roess.*

(lusus ex alabastris magis oblongatis.)

R. diversifolia *Vent. cels.* n. 35.

R. semperflorens β. diversifolia *Prouv. mon.* 108.

°°° *polypetala, fl. mediocriter magnis ex petalis varii coloris varieque dispositis concinnatis.*

(lusus ex pedunc. paniculatis corymbosisve bracteatis.)

R. indica paniculata *Redout. ros.* II. 38. *Thor. prodr.* 129.

R. indica corymbosa *hortul.*

(lusus ex aculeorum defectu.)

R. sinica inermis *Tratt. ros.* I. 90.

R. indica ε. subinermis *Thor. prodr.* 129.

(lusus ex florendi tempore.)

R. indica auctumnalis *Thor. prodr.* 132.

La Bengale Cartier *Thor.*

(lusus ex florum colore.)

a. cruentus, floribus speciosis plenis semiexpansis sanguineis pedunculos declinantibus, foliolis latissimis.

R. sinica cruenta *Tratt. syn.* I. 91.

R. indica γ. cruenta *Redout. ros.* I. 123. II. 88. *Thor. prodr.* 129.; var. λ. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

b. subalbus, floribus majusculis plenis albulis, foliolis maximis.

R. indica subalba *Tratt. syn.* I. 99.

?c. atropurpureus, floribus plenis violaceis, alabastris pedunculisque glandulosis.

R. atropurpurea *Brot. lusit.* II. 488. *Sering. in DC. prodr.* II. 601.

(subspecies ex aliarum, forsan ex R. blandae nuptiis, a qua foliolorum figuram et nervos in hort. Villemorini sustulit.)

h. R. Heritierana Thor., alabastris oviformibus pedunculisque glabris, foliolis obovatis grandidentatis basi subintegris subtus lineatis, stipulis in auriculas cuspidatas productis fimbriatis, trunco in ramos sarmentosos effuso parce aculeato.

R. l'Heritieranea *Thor. in Redout. ros.* III. 21. *Tratt. syn.* I. 103.

R. fraxinifolia γ. L'heritierana *Sering. in DC. prodr.* II. 607.

C. sphaerocephala; foliolis oligozygis ovatis crassiusculis fere coriaceis pungenti-dentatis supra laete viridibus subtus dilutioribus; pedunculis validioribus simulac brevioribus cum sepalis ovatis subintegris diutius patentibus stipulisque glandulosis; alabastris subglobosis 30—50 *stylis; trunco coacto frondoso aculeis conicis infesto.*

i. R. bengalensis, alabastris subglobosis magnis 30—40 stylis glabris, sepalis oblongo-lanceolatis simplicibus brevibus petiolisque glandulosis,

foliis 1—2 zygis, foliolis ovatis acutiusculis subcoriaceis maximis dentibus pungentibus circumserratis laete-viridibus subdiscoloribus.

(monstra ex petalorum numero.)

α. odorata, floribus polypetalis pallide-roseis.

R. indica ×. dichotoma *Thor. prodr.* 130.

?Rosa animating *Angl.*

β. odoratissima, floribus polypetalis subtornatis pedunculos declinantibus sub dio roseis, in fr. contubernali carneis, alabastris cerasiformibus.

R. indica fragrans *Redout. ros.* l. 61. III. 101. c. ic. *Thor. prodr.* 130.; var. *δ.* fragrans *Sering. in DC. prodr.* II. 600.; var. *β.* odoratissima *Lindl. ros.* 106. *Tratt. syn.* I. 98.; var. odorata *Andr. ros. fasc.* 23.

R. odoratissima *Sweet hort. sub., Waitz in lit.*

R. bengalensis Thea *Allg. Gart. Mag.* 1816. tab. V. f. 2. p. 53.

R. chinensis odoratissima *hortul.*

R. Thea *hortul.*

R. à odeur de Thé; la Bengale à odeur de Thé *Gall.*

Die Théerose *hort. nostr.*

(proventus ex satione, forsan hybridus.)

k.R. reclinata, alabastris subglobosis pedunculos elongatos subcorymbosos declinantibus, sepalis integris, foliolis, oligozygis ovatis subtus dilutioribus, trunco in ramos deliquescente subinermi.

R. reclinata *Thor. prodr.* 132. *(R. Boursault). Redout. ros.* III. 79. c. ic. *Tratt. syn.* I. 100.

†† ? *eriophylla, foliolis subtus pubentibus.*

R. indica, foliis subtus tomentosis *Linn. sp. pl.* I. 705., *Pers. ench.* II. 50. *excl. syn. Petiv.*

Hab. stirps cum var. erio — et stictophyllinis denuo indagandis in Indiis et ex regno chinensi vel solum var. leiophyllinam vivam in hortos *Parsonii* 1793 transmisit, quae nunc per Europam integram divulgata, ob innatam fruticis luxuriem in hortis nostris, dexteritate humana et in stirpis ruinam tantopere immutata est, ut nostratis instar ob var. innumeras et subspecies hybridas, a *Ph. Noisetteo* et *L'Heritierio* primum editas, nova plane esse videatur. Floret frutex contubernalis, sempervirens plerumque simul tenerior magisque glaucescens per totum fere annum, hortensis per aestatem, raro tamen alabastros maturat.

6. Rosa sericea Lindl.

R. alabastris ovato-oblongis pedunculisque solitariis glabris, stipulis protractis subintegris in auriculas sagittatas dilatatis, foliis polyzygis, foliolis ovato-oblongis basi integerrimis apice acute-dentatis subtus dilutioribus sericeis, ramis ramulisque aculeis conicis rectis maximis, junioribus sursum flexis infestis.

R. Wallichii *Tratt. syn.* II. 198.

R. sericea *Lindl. ros.* 105. *tab.* 12.

Hab. in Gossam Than, (*Wallich*), et forsan stirpis asiaticae novae, ex aculeis junioribus (an per petiolum intrastipularem semet informantem et ramulum molliter aculeatum adhuc concipientem?) sursum flexis recognoscendae, primum praestat initium eriophyllinum.

7. Rosa campestris Clus.

R. alabastris subglobosis, maturis sepalis lanceolatis dorso costatis integris porrectis coronatis pedunculoque conformi ebracteato cum gemma interjecta oppositifolio erecto atro-sanguineis, foliis polyzygis, foliolis ovato-rotundatis simpliciter-patentique dentatis opacis subtus dilutioribus, stipulis retractis antrorsum latescentibus hastato-auriculatis, aculeis plurimis horizontalibus, trunci turionumque validis, ramorum ramulorumque acicularibus prolixis duplicibus reversisve.

A. fruticulosa; trunco fruticuloso sesqui-bipedalive, nunc aculeis horrido eoque veluti torvo, nunc minus infesto, nunc omnino inermi, ramis ramulisque abbreviatis foliosis, aequaliter aculeolisve accedentibus dupliciter aculeatis aucto; foliolis **3 — 6** *zygis, inter se propius accedentibus, e figura utrinque rotundata in ovatam vergentibus, illam tamen exactius exprimentibus, obtusis, glabris, crenato-simpliciter-dentatis, raro pilosis subtusque glandulosis iisque duplicato-glanduloso-dentatis, ex venarum reticulo presso inscriptis; sepalis constipatis iisque simul cum corollis, foliolis et stipulis subintegris imminutis; pedunculis rarius tenua-*

tis et ex mole declinatis alabastrisque glandularum stipitatarum copia varia ramulisque aculeis duplicibus hispidis inermibusve: petalis corollae roseis s. ex albo colore variegatis et albore excusso flaventibus fere semper minus speciosis.

† *rhodantha, fl. dilutius saturatiusve roseis parvis.*

* *leiophylla, foliolis glaberrimis magis minusve glaucescentibus.*

a. R. pimpinellifolia L., pedunculis alabastrisque raro simul cum ramulis abbreviatis inermibus, petalis corollae parvae roseis, foliis polyzygis, foliolis subrotundis simpliciter dentatis glabris subglaucescentibus, trunco depresso parce-ramoso aculeis rectis horrido s. infesto, raro inermi.

(lusus ex petalorum colore.)

* *unicolor, corollae pentapetalae limbo unicolore roseo.*

R. borealis *Tratt. syn.* II. 141. pr. pr.

R. collina *Schrank bavar.* no. 774.

R. pimpinellifolia *Linn. sp. pl.* II. 703. *Du Roi harbk.* II. 356. *Retz. observ.* IV. 27. *Jacq. fragm.* 71. t. 107. f. 1. *Ait. kew.* 1. 202. *Roess. oek.* 1. 231. (var. rubricans). *Läder bot.* II. 598. (var. rubra et atrorubens). *Moench weiss.* 112. *Hoffm. germ.* II. 176. *Willd. sp. pl.* II. 1067. *enum.* I. 544. *Reit. et Abel Holzart.* I. 14. tab. 11. *Pers. ench.* II. 47. *Thuill. par.* II. 250. *Baumg. transs.* II. 49. *Tratt. syn.* II. 129. *excl. syn. M. Bieb.*

R. spinosissimae var. fl. roseo *Herrm. ros.* 6.

Krock. sil. II. 143. *St. Hilair.* tab. 825.; var. fl. purpureo-roseis *Andr. ros. fasc.* 64.; var. parvifolia *Lawr. ros.* tab. 78.; var. 5. carnea; var. 17. a fl. pourpres foncées; var. 20. micrantha *Pronv. mon.* 157.

R. alpina pumila montis rosarum pimpinellae foliis minoribus ac rotundioribus, fl. minimo rubente *Du Ham.* n. 407.

R. pimpinellifolia minor scotica flore livide rubente s. R. scotica *Mill. dict.* no. 5.

R. sylvestris pomifera minor *C. Bauh. pin.* 484.

R. pumila spinosissima fl. rubro *Tournef. inst.* 638.

R. arvina *Tabernaem. hist.* 1496. *J. Bauh. hist.* II. 40. *Chabr. sciagr.* 108. f. 3.

R. sylvestris sine spinis pomifera pumila flore rubello *Lobel. adv.* 179. *J. Bauh. hist.* II. 40. *Chabr. sciagr.* 108. f. 1.

R. a pimpinellae foliorum similitudine Belgis dicta *Clus. hist.* 116. *sine descr.*

Pimprenelle-leaved Rose *Angl.*

Le rosier à feuilles de pimprenelle *Gall.*

Pimpinellenbl. od. schottische Rose *Germ.*

(monstra ex petalorum et stylorum numero.)

α. polypetalum, floribus roseis polypetalis ranunculiformibus.

R. oxyacantha multiplex *Tratt. syn.* II. 139.

R. pimpinellifolia var. *Redout. ros.* I. 119.

R. spinosissima nana rubra *Andr. ros. fasc.* 40.

β. polystylum, stylis plurimis villosis.

R. borealis turbinata *Tratt. syn.* II. 142. pr. pr.

(monstrum ex foliolis.)

γ. variegatum, foliolis variegatis.

R. spinosissima, foliis ex luteo variegatis ***West. Roess. oek.*** l. 239. ***Mill. dict.*** n. 5. ***Münchh. Hausv.*** V. 275.

(monstrum ex pedunculo.)

δ. pyxidatum, pedunculis cum alabastris confluentibus amplis.

°° *bicolor, corollae petalis ex albo-carneo-purpureoque variegatis.*

R. borealis ***Tratt. syn.*** II. 141. pr. pr.

R. versicolor ***Tratt. syn.*** II. 124.

R. pimpinellifolia μ. maribürgensis ***Redout. ros.*** I. 83. ***Sering. in DC. prodr.*** II. 609. var. ε. fl. variegato ***Nouv. Duham.*** var. ζ. ***Ther. prodr.*** 42. ***Wahlenb. carp.*** n. 495.

R. nova variegata ***Dupont gymn. ros.***

R. spinosissima β. Cyphiana ***Smith brit.*** II. 537. β. variegata ***West. Roess. oek.*** I. 238. ***Rau ros.*** 66. var. ε. fl. variegatis ***Münchh. Hausv.*** V. 275. var. β. ***Lawr. ros.*** 15. var. 21. à fl. panachées de rouge ***Pronv. monogr.*** 157.

R. scoticae var. with a variegated fl. ***Mill. l. l.***

R. spinosissima ex purpureo et rubro maculata ***Roess. oek.*** I. 239.; var. fl. marmoreo ***id. ros.*** tab. 27.; var. β. fl. variegato ***Hall. hist.*** no. 1106.

R. ciphiana s. R. pimpinellifolia minor nostras fl. eleganter variegato ***Sibbald. scot.*** II. 46. t. 2.

R. pimpinella major scotica, fl. ex albo et carneo

eleganter variegato *Plukn. amalth.* 401. *Mill. Gaertn. Lex.* II. 205.

La pimprenelle de Miss. Lawrance *Gall.*

La pimprenelle aux 40 et 100 écus *Gall.*

** *eriophylla, foliolis subtus pilosis.*

R. spinosissima *δ.* pilosa *Lindl. ros.* 51.

*** *stictophylla, foliolis subtus petiolisque glandulosis.*

b. R. involuta Sm., alabastris subglobosis pedunculisque stipitato-glandulosis, foliolis ovatis subtus pubentibus petiolis, sepalisque glandulosis duplicato-dentatis, petalis dilute roseis aculeis trunci patentibus ramulorumque duplicibus.

R. involuta *Smith brit.* III. 1398.; *engl. bot. tab.* 2068. ! *Woods act. Linn.* XII. 260. ! *Turn. in lit.* ! *Hook. scot.* 154. nec *Winch. Lindl. ros.* 56. *Tratt. syn.* I. 132.

R. spinosissima *π.* involuta *Sering. in DC. prodr.* II. 609.

R. nivalis *Donn cant.* ed. 8. p. 170.

R. spinosissima *Moench meth.* 987. *teste Lindl.*

†† *leucantha, fl. albulis.*

* *leiophylla, foliolis glaberrimis magis minusve glaucescentibus.*

c. R. spinosissima Linn., alabastris, pedunculis ramulisque aculeolatis, petalis corollae parvae albulis, foliolis subrotundis glabris simpliciter-dentatis, trunco depresso, ramoso aculeis rectis plerumque horrido.

R. borealis *Tratt. syn.* II. 141. pr. pr.

R. scotica *Desf. in herb. gall.*

R. pimpinellifolia !*DC. gall.* IV. 438. var. *β.* fl. albo *Münchh. Hausv.* V. 281. *Roess. oek.* I. 228. *Thor. prodr.* 40.

R. spinosissima *Linn. sp. pl.* II. 705. *nec Fl. suec. Du Roi harbk.* II. 339. *Ait. kew.* II. 203. *Lawr. ros.* tab. 187. *Andr. ros. fasc.* 17. *Crantz austr.* 84. *Retz observ.* IV. 27. *Vill. delph.* III. 555. *Moench weiss.* 113. *Wulff. in Roem. Arch.* III. 875. *Poll. pal.* II. 53. *Leers herb.* 120. *Krock. sil.* II. 143. *Roth germ.* II. 555. *Willd. sp. pl.* II. 1067. *excl. syn. Linn. fl. suec. Smith brit.* II. 537. *engl. bot.* tab. 187. *DC. gall.* V. 438. ! *Wibel werth.* 264. *Pers. ench.* II. 48. *Woods in act. Linn. soc.* XII. 178. *Redout. ros.* 83. tab. 29. 85. tab. 30. *Sw. bot.* t. 559. *Winch ess.* 41. *Hook. scot.* I. 154. *Rau ros.* 58. *Lindl. ros.* 51. *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

R. segmentis calycinis indivisis, pomis globosis *Boehm. lips.* no. 451.

R. spinis rectis confertis, foliis novenis glabris, pomis et petiolis subspinosis *Hall. hist.* II. 40. no. 1106.

R. campestris spinosissima, fl. albo odorato *C. Bauh. pin.* 483. *Berg. frcof.* 173. *Buxb. hal.* 285. *Rupp. jen.* 139. *Jonst. dendr.* tab. 110. f. 3.

R. pumila spinosissima, fol. pimpinellae glabris, flore albo *J. Bauh. hist.* II 40. *Dill. giss.* 103. *Raj. hist.* 1472. *Chabr. stirp.* 108. f. 2.

R. praecox spinosa, flore albo *Besl. eyst.* VI. 5.

R. pimpinellifolia pomifera minor *Park. theatr.* 1018.

R. Eglanteria *Tabernaem. hist.* 1495. f. 3. *ex descr. potius quam ex fig.*

R. campestris odora V. *Clus. pann.* 111. *hist.* I. 116. a. b. *c. fl. et fr. Camer. hort.* 145.

R. dunensis sp. nova *Dodon. hist.* 187.

Häfer- Stachel- od. Heiderose.

Schottische Zwergrose.

Mariendorn, Marterdorn.

(var. ex foliolorum amplit. colore et circumscriptione.)

α. microphylla, foliolis parvis lentem majorem nonnisi aequantibus, cum reliquis partibus imminutis.

R. parvifolia *Tratt. syn.* II. 127.

R. pimpinellifolia pumila *Tratt. syn.* II. 132.

R. rubiginosa *γ.* parvifolia *Lindl. ros.* 145.

R. pimpin. var. parvifolia *M. Bieb. cauc.* III. 336.

R. Redoutea parvifolia *Redout. ros.* I. 102.

R. spinosissima *ε.* pumila *Lindl. ros.* 50. *Sering. in DC. prodr.* II. 608. var. *β. γ. Bess. enum.* 62.; var. pusilla *Woods* l. l. XII. 179.

β. macrophylla, foliolis unguem aequantibus, s. amplitudinem solitam aliquantulum excedentibus.

R. spinosissima i. macrophylla *Sering. in DC. prodr.* II. 609. excl. syn.; *mélang.* n. 42. — var. rubella ! *Bellard. in herb. amic. Gay.*

γ. oxyphylla, foliolis acutiusculis subserratis.

R. Oederiana *Tratt. syn.* II. 133.

R. spinosissima *Oeder fl. dan.* t. 398. *Reit. et Abel Holzart.* IV. t. 77.

δ. glaucophylla, foliolis utrinque glaucis.

R. poteriifolia !*Bess. enum.* 62. *Tratt. syn.* II. *praef.* 19.

(var. ex aculeorum copia et directione.)

ε. ferox, trunco aculeis horizontalibus praelongis, ramis ramulisque duplicibus horridis.

R. spinosissima *auct. quorumd.*

R. myriacantha !*Lois. in lit.*

ζ. infesta, aculeis trunci ramorumque sparsis longissimis patentissimis foliola excedentibus.

R. oxyacantha *M. Bieb. cauc.* III. 338.

η. mitis, trunco, ramis ramulisque primitus statim inermibus.

R. pimpinellifolia λ. inermis *Seringe in DC. prodr.* II. 609. var. γ. *DC. gall.* IV. 438. *Tratt. syn.* II. 131. *Redout. ros.* III. 24.

R. spinosissima mitis *Tratt. syn.* II. 119. !*Waitz in lit.*

(var. ex alab. mole, figura et superficie.)

ϑ. microcarpa, alabastris pisi molem aequantibus glabris hispidisve a reliquarum partium proportione absonis.

R. spinosissima ζ. microcarpa *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

R. Besseri *Tratt. syn.* II. 128.

R. melanocarpa *Link enum.* II. 57.

R. microcarpa !*Bess. cat. cremn.* 1811. *suppl.* 4. p. 20. et 1816. p. 118., *enum.* 61. *Spreng.*

nov. prov. 35. *M. Bieb. caus.* III. 337. *nec Thunb. et Lindl.*

ι. platycephala, alabastris mediocribus depresso-globosis.

R. spinosissima γ. platycarpa *Lindl. ros.* 51.

κ. macrocephala, alabastris cerasum s. juglandem aequantibus a reliquarum partium proportione absonis, mole pedunculum tenuatum declinantibus.

R. pimpinellifoliae pumilae var. fructibus valde magnis *Tratt. syn.* II. 132. *Reit. et Abel Holzart.* I. 14. t. 11.

R. oxyacantha *M. Bieb. cauc.* III. 338.

R. sylv. spinosiss., fol. pimpinellae glabris, fl. incarnato *Gmel. sibir.* III. 177.

(*monstra ex stylorum et petalorum numero.*)

λ. polypetalum, alabastris maximis hemisphaericis polypetalis, floribus opuliformibus.

R. borealis turbinata *Tratt. syn.* II. 142.

R. spinosissima fl. albo *Andr. ros.*

R. scotica fl. pleno albo minor et major *Sabin.*

R. spin. var. 3. petite écossaise blanche double, et var. 18. Camellia *Pronv. mon.* 156.

R. pimpinellifolia, fl. multiplici *N. Duham.* var. η. *Thor. prodr.* 42.

Whitley's Rose *Sabin.* in *Allg. Gart. M.* 1824. p. 21.

μ. polystylum, alabastris semiglobosis maximis stylis villosis stipatis.

R. oxyacantha Decemetiana *Tratt. syn.* II. 140. *Redout. ros.* II. 99.

R. pimpinellifolia, fl. albo multiplici *Andr. ros.*

** ***eriophylla, foliolis subtus tomentosis.***

d. velutina Clairv., alabastris subrotundis, foliolis subtus tomentosis.

R. velutina *Clairv. man. d'herbor.* 163. *Sering. in DC. prodr.* II. 622. *Lindl. ros.* 140.

*** ***stictophylla, foliolis subtus glandulosis ex indole stictophyllina penitiore.***

e. myriacantha DC., alabastris parvulis undique basive pedunculisque stipitato-glandulosis aculeolatisve, foliolis ovato-subrotundis nitidis utrinque virentibus concavis duplicato-dentatis, dentibus, stipulis, nervis, petiolis sepalisque margine fimbriato dorsoque magis minusve glandulosis, trunco depresso squarroso, ramis ramulispetiolisque aculeis maximis densissimisque torvo.

(lusus ex foliolorum magnit. et superficie.)

α. macrophyllus, foliolis majoribus praeter glandulas plerumque simul pubentibus.

R. pimpinellifolia η. myriacantha *Seringe l. l.; mélang.* 47. no. 43.

R. villosa β. myriacantha *Lapeyr. pyr.* 283.

R. myriacantha, fol. majoribus *M. Bieb. c.* III. 337.

R. spinosissima *M. Bieb. cauc.* I. 395. *excl. syn. Wikstr. nagr. art. af Rosa* 11.

R. myriacantha β. magna *Desv. journ.* 1813.

R. spinosissima *Gouan monsp.* 257 ! *Lois. gall.* I. 294.

β. microphylla, foliolis carinatis nitentibus glaberrimis cum reliquis partibus imminutis.

R. myriacantha ! *DC. syn.* 331. *gall.* IV. 439. V.

553. *Thor. prodr.* 44. *Redout. ros.* III. 11. c. ic. *Poir. enc. suppl.* IV. 710. *Lindl. ros.* 55. *tab.* 10. *excl. syn. R. provincialis*; var. parvifolia *M. Bieb. cauc.* III. 338. *Tratt. syn.* II. 88.

R. parvifolia *Güldenst. Pall. ros.* II. 62. *teste M. B.*

††† *ochrantha, floribus flavescentibus.*

f. luteola, alabastris subrotundis pedunculisque subinermibus, petalis corollae ochroleucis, trunco ramulisque praecedentium.

(lusus ex petalorum colore.)

° *laetus, petalis ochroleucis.*

α. pentapetalus, floribus simplicibus.

R. spinosissima fl. luteis *Vibert in lit.*

R. lutea var. hybrida *Pronv. mon.* 88.

β. polypetalus, floribus plenis majoribus minoribusve.

R. spinosissimae var. 18. à fl. jaunes doubles *Pronv. mon.* 157.

R. borealis turbinata, fl. plenis sulfureis *Tratt. syn.* II. 142.

R. spinosissima nana ochroleuca et sulfurea *Andr. Sabin. in T. Gart. Mag.* 1824. p. 21.

γ. polystylus, stylis plurimis alabastros infarcientibus.

R. sulfurea var. minor *Pronv. mon.* 56. et 156.; var. pumila *Redout. ros.* I. 29. *Thor. prodr.* 124.

°° *tristis, petalis ex chromatost. saturatioribus.*

?R. spinosissima fl. phoeniceis *Lawr. ros.* 62.

B. fruticosa, trunco fruticoso bi — sex pedali robustiori, ex aculeis minus plerumque increbrescentibus, praeter

turiones semper polyacanthos, haud adeo horrido, in ramos ramulosque patulos, aculeis biformibus, majoribus nimirum, rectis, minoribus acicularibus reversis nunc horridos, nunc illis omnino praeter aliquot sparsos, destitutos effuso ideoque magis patulo; foliolis 3—4 *zygis, remotius dispositis et ex nervorum reticulo laxiore flaccidioribus, e figura ovata nunc ob basin protractam obovatis, nunc ob basin rotundatam exactius ovatis, nunc ambitu attracto ellipticis, ex dente terminali majore acutiusculis, modo utrinque virentibus subtusve discoloribus, modo glaucescentibus et quasi incanescentibus, glabris, pilosis, sericeis, tomentosis vel quoque subtus tenuiter glandulosis, margine variis plerumque tamen inciso-dentatis, dentibus apicem versus evidentius increscentibus, prope basin decrescentibus illamque integram relinquentibus, dentibus ipsis acutis, nunc divergentibus, nunc convergentibus serraturas pectinatas mentientibus, nunc denuo glanduloso-denticulatis.*

† *rhodantha, floribus dilutius roseis majoribus.*
(*var. ex foliorum superficie.*)

* *leiophylla, foliolis glabris.*

g. R. viminea Lindl., alabastris oviformibus pedunculisque glabris, foliolis ovato-oblongis simpliciter dentatis glabris, trunco aculeis rectis horrido in ramos dupliciter aculeolatos protenso.

R. horrida *Spr. syst.* II. 549.

R. viminea *Lindl. ros.* 49. *Seringe in DC. prodr.* II. 608.

†† *leucantha, floribus albulis.*

* *leiophylla, foliolis glabris.*

h. R. altaica Willd., alabastris pedunculisque inermibus, petalis corollae speciosis albulis, foliolis ovatis inciso-dentatis glabris, trunco elato ramosissimo aculeis validis rectis horrido, ramis ramulisque productis his aculeolisque plurimis hispidis.

R. sibirica *Tratt. syn.* II. 230.

R. lutescens var. fl. albis *Link enum.* II. 56.

R. grandiflora *Lindl. ros.* 53.; *bot. reg.* tab. 888.

R. altaica ! *Willd. enum.* I. 543. *Bess. cat. cremn.* 1816. p. 117. *Tratt. syn.* II. 120.

R. spinosisima β. reversa; ζ. Pallasii; η. rossica; θ. islandica *Lindl. ros.* 51.; var. ι. *Bess. enum.* 62.; var. orgyalis *Rau ros.* 65. *Hayn. dendr. Fl.* 98.

R. reversa ! *Bess. in cat. h. cr.* l. l. *nec Kit.*

R. hibernica *Hook. teste Lindl.*

R. pimpinellifolia *Pall. ros.* II. 62 t. 24. *M. Bieb. cauc.* I. 394. III. 335. *excl. syn. Poll.*; var. δ. altaica *Redout. ros.* I. 84. *Thor. prodr.* 41.; var. θ. altaica *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

(lusus ex foliolorum dentibus.)

α. serratus, dentibus convergentibus irregularibus confertis pectinatis.

β. incisus, dentibus majoribus ac profundioribus cum aliis minoribus interjectis.

R. spinosissimae affinis ! *hort. gorenk.*

(monstrum ex petalorum numero.)

γ. polypetalum, floribus polypetalis, aculeis maximis falcatis.

R. pimpinellifolia, semiplena alba *Sering.*

R. Pitcairnea *Sabin. in Teutsch. Gart. Mag.* 1824. p. 29.

R. pimpinellifolia *hort. Pitcairn.*

R. spinosissimae var. *Lawr. ros.* tab. 63.

** *eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.*

(monstrum ex petalorum numero.)

δ. argenteum, fl. semiplenis.

R. pimpinellifolia β. argentea *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

R. hispida argentea *Redout. ros.* III. 81. c. ic. excl. syn. Curt.

i. R. sanguisorbaefolia Donn, alabastris depresso-globosis pedunculisque glabris, foliis polyzygis, foliolis oblongis dentatis, trunco aculeis rectis validis infesto, ramulis aculeolis horridis.

(lusus macrophyllus: fol. cum rel. part. majoribus.)

R. spinosiss. var. sanguisorbaefolia *Lindl. ros.* 51.

R. sanguisorbaefolia *Donn cant.* 169.

(lusus microphyllus: fol. cum rel. part. minor.)

R. spinosissima !*hort. gott.* et *var. plures sibiricae in herb. amic. Gay.*

*** *stictophylla, foliolis subtus glandulosis duplicato-dentatis.*

R. myriacantha *M. Bieb. cauc.* III. 337. pr. pr.

R. involuta *auct. quard.*

††† *ochrantha, floribus flaventibus.*

* *leiophylla, foliolis glabris.*

k. R. ochroleuca Sw., alabastris globosis peduncu-

lisque inermibus, petalis corollae speciosis ochroleucis, foliolis ovatis basi ambituque variis ellipticisve glabris inciso-dentatis, trunco elato ramoso aculeis rectis horrido, ramis ramulisque laxis his aculeolisque plurimis hispidis.

R. pallida *Tratt. syn.* II 121.

R. ochroleuca *Sw. in lit. Wikstr. n. art. af Rosa* 5. tab. 3. f. 1, opt. *Westring in patr. Sällsk. journ.* 1802. p. 97. *Thunb. mus. nat. acad. ups. app.* 26. *Hayn. dendrol. Fl.* 97. *Link enum.* 57. *Sering. in DC. prodr.* II. 610. ! *Waitz in lit.*

R. Candolleana *γ.* flavescens *Redout. ros.* II. 46.

R. reversa ! *Waitz in lit.*

R. hispida *α.* albida ! *Waitz in lit.*

R. lutescens *Pursh amer.* II. 735. excl. patria. *Lindl. ros.* 47. tab. 9.

R. pimpinellifolia *δ.* flavescens *Sering. in DC. prodr.* II. 608.

R. lutea *Baumg. transsylv.* II. 48. ob fr. nigros.

R. spinosissima *Jacq. enum.* 89.; *fragm. bot.* 79. tab. 124. *Schult. oestr. Fl.* II. 68. *Tratt. syn.* II. 118.; var. luteola *Andr. ros.*?

** *eriophylla, foliolis subtus s. utrinque pubentibus.*

l. R. sulfurea, alabastris globosis pedunculisque inermibus, foliolis dilute viridibus ovatis inciso-dentatis obovatisve basi subintegris supra sericeis subtus petiolisque tomentosis, stipulis angustatis in auriculas patentes excurrentibus levius profun-

diusve dentatis, trunco elato turionibusque aculeis rectis duplicibus horridis, ramis gracilibus aculeis uncinatis infestis, ramulis aculeolis plurimis hispidis illisque amissis mitioribus.

(var. ad petalorum numerum.)

° *pentapetala, floribus pentapetalis.*

(spontanea, quam Lindl. Sering. aliique negant.)

α. trachyphloea, ramulis ex glandulis breviter stipitatis asperis aculeolatisve, foliolis obovatis basi subintegris, corollae petalis aureis (ex specim.).

R. lutea ! *Wilhelms in herb. Gay.*

°° *sativa.*

β. echinophloea, ramulis aculeis biformibus hispidis.

R. hispida *Sims bot. mag.* tab. 1570.

R. flava *Wikstr. af rosa* p. 10.

γ. leiophloea, ramulis aculeatis sine aculeolis.

R. hispidae var. ochroleuca ! *Waitz in lit.*

R. Eglanteria β. luteola *Thor. prodr.* 100. *Redout. ros.* III. 21. *Sering. in DC. prodr.* II. 607.

R. glaucophylla simplex *Roess. oek.* I. 174.

R. flore aureo *Roess. oek.* I. 242.

(monstrum ex stylorum et petalorum stamineorum numero.)

°°° *polystylum, petal. stylisque plurimis.*

δ. hemisphaerica Herrm., stylis villosis numerosissimis conglobatis alabastros hemisphaericos infarcientibus hincque diffindentibus, petalis corollae sulfureae in galerum ovato-subrotundum comprehensis raro expansis interaneaque profundentibus, stipulis laceris sepalisque irregulariter compositis in apicem foliaceum excur-

rentibus, foliolis variis, trunco turionibusque dupliciter, ramis uncinato-aculeatis.

R. sulfurea *Ait. kew.* II. 201. *Roess. oek.* II. 120. *Lawr. ros.* t. 77. *Andr. ros. fasc.* 17. *Willd. sp. pl.* II. 1065. *Pers. ench.* II. 47. *Gmel. bad.* II. 404. *Ker. reg.* n. 46. *DC. gall.* IV. 438. *Poir. enc.* VI. 289.; var. plena *Hayn. dendr. Fl.* 96. *Lindl. ros.* 46. *Thor. prodr.* 123. *Redout. ros.* I. 29. c. ic. opt. *Tratt. syn.* I. 74. *Sering. mél.* I. 20.; *in DC. prodr.* II. 608.

R. glaucophylla β. plena *Ehrh. Beytr.* II. 69. *Roess. oek.* I. 174.

R. Eglanteria β. *Murr. syst.* 473. *Reichenb. syst.* II. 525.

R. hemisphaerica *Herrm. ros.* 18. *Schrank bavar.* no. 15.

R. lutea multiplex c. var. expansa et semiclausa *C. Bauh. pin.* 483. *Parkins. parad.* 417. tab. 415. f. 6.; var. flore pleno *J. Bauh. hist.* II. 48.; var. maxima fl. pleno *Besl. eyst. Garid. hist.* 405.; *Mill.* 326. t. 6. *Tournef. inst.* 638. *Münchh. Hausv.* V. 289. *Du Roi harbk. B.* II. 346. *Moench weiss.* 115.

?R. flava pleno flore *Clus. hist.* I. 114. (indicata ad hortuli chartacei Constantinop. fidem).

R. flava odoris expers *Bellon. observ.* II. 32.

R. jaune de soufre *Gall.*

Double yellow Rose Angl.

Schwefelrose, s. gefüllte Schwefelrose.

(*var. ex foliorum colore.*)

a. glaucophylla, foliolis utrinque glaucore opaco suffusis eoque pube aucto. *(R. glaucophylla Ehrh.).*

b. chlorophylla, foliolis utrinque virore opaco suffusis.

c.? stictophylla, foliolis subtus glandulosis. cf. *Roess. oek.* II. 120.

**** stictophyllae hanc Iberia et Sibiria praestabunt, ad quam specimina Wilhelmsiana, praeter ramulos trachyphloeos simul stipulis granulato-glandulosis et foliolis subtus parce pulveraceoque glandulosis insignia spem faciunt.*

Hab. in collibus apricis, promontoriis saxosis vineisque derelictis et per campos steriles ripasque arenosas totius Europae et ad Asiam mediam usque excurrit, ita fere divulgata, ut fruticulosae rhodanthae praeprimis in Anglia et Scotia, leucanthae in Germania australi, Gallia et Belgio, fruticosae vero promiscue in Sibiria, Podolia et Tauria, ochranthae reapse in sepibus austriacis, hungaricis lucisque asiaticis laetari et secundum loci varietatem qualemcunque habitu vario praecellere videantur. In hortos anglicos primum recepta, plures jam obtulit varietates et monstra, quae nunc Gallorum dexteritate insigniter augentur et his nostratibusque in deliciis sunt. Fl. Majo exeunte et Junio; alabastros maturat Septembr. Octobr.

8. Rosa suavis Willd.

R. alabastris e basi ovata in collum tenuatum oblongatis, maturis oviformibus inermibus phoeniceis, sepalis lanceolatis integris dorso costatis porrectis coronatis pedunculoque subcarnoso ebracteato gemmae opposito erecto glandulis mollibus stipitatis reversis hispidis, foliolis ovatis dentatis opacis subtus dilutioribus, stipulis decurrentibus in auriculas ovatas patentes dilatatis, aculeis trunci ramorumque horizontalibus duplicibus, ramulis aculeolatis.

† *leiophylla, foliis glabris.*

a. R. dolosa Wendl., alabastris oviformibus, pedunculis sepalisque molliter glandulosis, foliolis ovatis obtusis membranaceis inaequaliter acuteque dentatis, ramulis unifloris herbaceo-aculeolatis inermibusque.

* *echinophloea, ramulis floriferis aculeolatis brevioribus.*

R. praecox ! *Waitz in lit.*

R. muricata *Link. enum.* II. 56. (ob ramulos muricatos).

R. cernua ! *Schrad. olim in lit.*

R. americana ! *Loddig.* ! *hort. schwetz.*

R. reversa! *hort. quord. nec Kit.*

R. suaveolens α. glauca *Rafin. in annal. sc. phys.* V. 518. *Sering. in DC. prodr.* II. 617.

R. Redouteana glauca *Thor. prodr.* 43. ?*Redout. ros.* I. 101. c. ic. *Tratt. syn.* II. 176.

?R. casta *Tratt. syn.* II. 126.

R. dolosa ! *Wendl. hort. herrenh. aliorumq.*

R. suavis ! *Willd. enum. suppl.* 37. *Hayn. dendrol. Fl.* 98. *Sering. in DC. prodr.* II. 612. *Link. enum.* II. 57.

** *leiophloea, ramulis inermibus longioribus.*

R. suavis ! *Waitz in lit.*

R. muricata ! *Waitz in lit. Sering. in DC. prodr.* II. 622. *Tratt. syn.* II. 173.

†† *eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.*

b. R. americana Waitz, alabastris subrotundo-oviformibus, pedunculis ramulisque glaberrimis, foliolis ovatis subrotundisve dentatis subtus dilutioribus petiolisque pubentibus, trunco aculeolato, ramis gracilibus cicatrisatis.

R. americana ! *Waitz in hort. Breit.* 416. *Link enum.* II. 56. *Tratt. syn.* II. 160.

R. cinnamomea δ. americana *Sering. in DC. prodr.* II. 606. *excl. rel. syn.*

R. hibernica ! *Spreng. in lit., an quoque Smith., ceu frutex ex hort. aufugus*?

††† *stictophylla, foliolis subtus glandulosis.*

c. R. suaveolens Pursh, alabastris ovato-subglobosis, pedunculis petiolisque glandulosis, foliolis

ovatis duplicato-dentatis subtus parce pubentibus pulveraceo-glandulosis, trunco aculeis rectis acicularibus infesto.

R. suaveolens *Pursh americ.* I. 346. *Poir. enc. suppl.* IV. 714. *Tratt. syn.* II. 81. *Rafinesq. l. l.* 818. *Sering. in DC. prodr.* II. 617. *cf. etiam Lindl. ros.* 80.

R. Eglanteria americana *Andr. ros. fasc.* 18.

R. americana *hortul.*

Hab. in dumetis Americae borealis, ex quibus ante plures annos in hortos anglicos et germanicos lata est. Fl. Majo, alabastr. maturat Septbr. Octobr.

9. Rosa alpina Linn.

R. alabastris ovato-oblongatis in collum productis inermibus phoeniceis, sepalis lanceolatis integerrimis ecostatis basi in annulum connatis, primum patulis demum porrectis accrescentibus discumque obvallantibus, pedunculis oppositifoliis obsolete bracteatis tenuatis ante et post florescentiam deflexis stipitato-glandulosis subcoloratis, stipulis dilatatis in auriculas ovatas expansis, foliis polyzygis, foliolis ovatis teneris glabris dentibus patentibus dorso denticulatis circumcisis, turionibus truncoque juniore aculeolis rectis innocuis plurimis horrido, adulto illos exuente s. sparsos minacesque informante.

A. brevicollis; alabastris maturis utrinque ovato-rotundatis ecollibus subglobosis, sive in collum breve productis oviformibus, his pedunculisque stipitato-glandulosis inermibusve; foliolis variis e figura subrotunda in lanceolatam tendentibus, plerumque glaberrimis, raro pubentibus cum vel sine interspersis glandulis, petiolum fere semper, nonnisi nervum intermedium, lateralesque, rarissime praeter hos simul plagas interjectas obsidentibus utrinque viridibus, raro glaucescentibus subtusve discoloribus.

† *leiophylla, foliolis glabris praeter petiolum plerumque glandulosum.*

* *leiocephala, alabastris nudis.*

° *mitis, frutice adulto inermi.*

a. R. helvetica, alabastris subrotundis oviformibusque cum sepalis dorso laevibus, pedunculis solitariis ternisve elongatis obsolete bracteatis stipitato-glandulosis, foliolis ovatis acute-duplicatoque dentatis glabris supra viridibus subtus dilutioribus, trunco ramisque inermibus.

R. alpina *Linn. sp. pl.* I. 703. *Alt. pedem.* II. 319. *Jacq. austr. tab.* 179. *Krock. sil.* II. 138. *Ait. kew.* III. 265. *Willd. sp. pl.* II. 1075. *Lawr. ros. tab.* 30. *Vill. delph.* II. 552. *Hoffm. germ.* I. 176. *Roth germ.* II. 559. *Poir. enc.* VI. 281. *DC. gall.* IV. 446. V. 536. *Desv. journ. bot.* 1813. p. 119. c. var. globosa. *Redout. ros.* II. 111. III. 15. c. ic. *St. Hilair. tab.* 458. *Thor. prodr.* 59. excl. var. *β. γ.*; *Lindl. bot reg. tab.* 424.; var. *α. ros.* 37.; var. vulgaris *Sering. mél.* n. 52.; *decad.* V. 49., *in DC. prodr.* 611. *Tratt. syn.* II. 198.

R. rupestris *Crantz austr.* II. 85. *excl. syn.*

R. inermis *Turr. diar.* 128. *Mill. dict.* n. 6. *Münchh. Hausv.* V. 276.

R. cinnamomea *Herrm. ros.* 7.

R. non spinosa *Hall. opusc.* 218.

R. inermis, foliis septenis glabris, calycis segmentis indivisis *Hall. helv.* n. 1107.

R. campestris spinis carens biflora *C. Bauh. pin.* 484. *Tournef. inst.* 639.

R. graeca et Cynorrhodon leve ex monte Pilati odoratum *hist. lugd.* 126. *C. Bauh. pin.* l. l.

R. rubra praecox flore simplici *Besl. eyst.* VI. f. 3. *Jonst. dendr.* tab. 109. f. 6.

R. alpina rubra spinis carens *Burser. act. suec.* 585. *Schwenkf. sil.* 184.

R. rubello flore simplici non spinosa *J. Bauh. hist.* II. 39. (descr. opt.). *Chabr. stirp.* 106. f. 5.

R. sylvestris III. *Trag. Kreuterb.* 988.

R. saxatilis colore floris ruberrimo *Camer. epit.* 99.

R. sylvestris, quae a mense Majo nomen habet, spinis non perinde minacibus *Gesn. hort.* 126.

Rose without thorns *Angl.*

Rose des Alpes *Gall.*

Jungfer-, Alpenrose, R. ohne Dornen *Germ.*

(*var. ex foliorum figura.*)

α. subrotunda, foliolis ovato-subrotundis argute-dentatis, dentibus approximatis acuminatis.

R. rubello flore non spinosa *J. Bauh.* l. l.

β. obovata, foliolis obovatis obtusis, dentibus majoribus irregularibus, inferioribus sensim minoribus.

R. monspeliaca *Gouan monsp.* 255.

R. alpina *δ. DC. gall.* l. l.

R. alpina *β. Lawr. ros.* tab. 75.

γ. oblonga, foliolis oblongis, dentibus ovatis supinatis, majoribus et minoribus iisque simul angustioribus inaequaliter acuteque dentatis.

δ. lanceolata, foliolis lanceolatis utrinque acutiusculis inaequaliter acuteque dentatis.

(monstrum ex foliolis.)

η. variegatum, foliolis variegatis.

R. alpina vulgaris variegata *Sering. dec.* no. 6.

(monstrum ex sepalis.)

ζ. phyllosepalum, sepalis alternis compositis.

R. Portenschlagiana *Tratt. syn.* II. 203.

R. canina γ. ambigua *Desv.* l. l.

(monstrum ex stylorum et petalorum numero.)

θ. polystylum, alabastris polystylis.

b. R. venusta Waitz, alabastris turbinatis basi pedunculisque elongatis glandulis stipitatis rigidis muricatis, sepalis ovatis, tribus apice trifidis inque lacinias lineares iterum partitis, antheris oblongis in petala abeuntibus, stylis villosis porrectis plurimis, foliolis ovatis subtus discoloribus subsimpliciter inaequaliterque dentatis glabris, trunco in ramulos patulos foliosos diffuso.

R. inermis δ. venusta *Waitz in lit.*

R. alpina var. 5. sinensis *Pronv. mon.* 155.

R. alpina κ. turbinata *Desv. journ.* l. l. *Sering. in DC. prodr.* II. 612. *excl. syn. Vill.*

R. chinensis *Dupont in lit.*

R. sinensis praecox inermis *hortul.*

R. inermis *Delaun. bon jard.* 1808. p. 717. *Redout. ros.* II. 93 c. ic. *Thor. prodr.* 120. cum var. α. fl. roseo et β. subalbo. *Tratt. syn.* I. 83.

R. alpina flore pleno *Godefr. cat.* 1819. n. 58.

R. alpina multiplex *Degrace bon jard.* 458. *Sering. mél.* I. 13. in not.

R. alpina plena *Lüder pr. Lustg.* II. 587. *Roess. oek.* I. 152.

** *trachycephala, alabastr. stipitato-glandul.*

c. R. pyrenaica Gouan, alabastris pedunculisque elongatis stipitato-glandulosis, foliolis ovatis acute duplicatoque dentatis basi petiolisque glandulosis rigidis saturate-virentibus nonnisi virentibus, trunco ramisque demum inermibus.

R. inermis var. sudetica ! *Waitz in lit.*

R. hispida *Krock. sil.* II. 152. *Desv. l. l. Tratt. syn.* II. 208.

R. hybrida *Vill. delph.* III. 554.

R. Villarsii *Tratt. syn.* II. 207.

R. alpina *Jacq. schoenbr.* IV. 8. tab. 416.; var. *β.* calycis tubo pedunculisque hispidulis *Lapeyr. hist.* 283. *Lindl. ros.* 37.; var. *γ.* pyrenaica *Sering. in DC. prodr.* 611.; var. *δ.* ovario pedunculoque hispido *DC. gall.* V. 536.

R. pyrenaica *Gouan illustr.* 31. tab. 19. *Willd. sp. pl.* II. 1076. *DC. gall.* IV. 446. *Pers. ench.* II. 49. *Desf. hist.* II. 165. *Guimp. deutsch.* ! *Holzart.* I. 123. tab. 93. *Tratt. syn.* II. 99.

d. R. silesiaca, alabastris, pedunculis sepalisque dorso aculeolis longis densisque helvolis horridis, foliolis subsimpliciter dentatis, trunco inermi aculeisve sparsis subuliformibus infesto.

R. alpina var. ! *Günth. in lit.*

R. hispida *Krock. l. l. pr. pr.*

°° *feros, trunco ramisque aculeolis seta-*

ceis plurimis horridis eorumve cicatriculis inscriptis.

e. R. reversa Kit., alabastris pedunculisque stipitato-glandulosis, foliolis ovatis obovatis subtus discoloribus, trunco, ramis ramulisque aculeolis setaceis herbaceis reversis horridis eorumque delapsorum cicatriculis asperis.

R. alpinae var. spinosa ! *Kit. in lit.*

R. alpina *η.* reversa *Sering. in DC. prodr.* II. 611.

R. reversa *W. et Kit. hung.* III. 293. tab. 264. *Lindl. ros.* 57. *Tratt. syn.* II. 114. *Poir. enc. suppl.* IV. 716. *Schult. oestr. Fl.* II. 71.

?R. helvetica *Hall. fil. in Roem. Arch.* I. 2. p. 6.

(*lusus leucanthus.*)

R. Wulffenii *Tratt. syn.* II. 200.

†† *eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.*

f. R. biflora Krock., alabastris pedunculisque elongatis geminis stipitato-glandulosis, foliolis subtus pubescenti-tomentosis, frutice robusto aculeis raris infesto.

R. biflora *Krock. sil.* I. 151.

R. alpinae var. fol. subtus pubescentibus *Vill. delph.* III. 553.

(*monstrum aristatum, p.* 42.)

R. aristata *Lapeyr. pyr.* tab. 105. *Lindl. ros.* 33. *Tratt. syn.* II. 163. *Sering. in DC. prodr.* II. 606.

g. R. strigulosa, alabastris sepalisque dorso glandulosis, foliolis ovatis acute irregulariterque den-

datis flaccis subtus strigosis, trunco ramisque inermibus gracilibus.

R. pyrenaica ! *Sieber in herb. Gay.*

†††† *stictophylla, foliolis subtus, petiolis stipulisque glandulis capitatis ecapitatisve adspersis.*

h. R. glandulosa Bell., alabastris oviformibus pedunculisque stipitato-glandulosis, foliolis subrotundis basique protractis utrinque laete-viridibus subtus, petiolis stipulisque glandulosis, trunco aculeolis acicularibus infesto humili.

R. alpina δ. pimpinellifolia *Lindl. ros.* 37. *excl. syn. Sm. et Bieb.*; var. δ. *Hayn. dendr. Fl.* 96. *excl. syn. Bieb.*; var. 4. pimp. *Pronv. mon.* 155.

R. parviflora *Lapeyr. suppl.* 66. *excl. syn. Willd. et Ehrh.*

R. glandulosa *Bell. act. turin.* 1790. p. 230. *append. ad fl. ped. in Vster. Annal.* XV. 62. *DC. gall.* V. 539.

R. pimpinellifolia *Vill. delph.* III. 533.

i. R. spinulifolia Dematr., alabastris oviformibus pedunculisque stipitato-glandulosis, foliolis ovatis duplicato-dentatis rigidis subtus glandulis ecapitatis spinuliformibus obsessis, trunco ramisque rigidis aculeolis subuliformibus raris infestis.

R. alpinae var. ! *Günth. in lit.*

R. rubiginosa μ. spinulifolia (friburgensis) *Sering. in DC. prodr.* II. 616. excl. frut. Verviens.

R. spinulifolia α. Dematriana *Thor. prodr.* 115. f. 1. excl. var. β. et calyc. pinnato in definit.

R. spinulifolia *Dematr. ess.* 8.

***B. longicollis**; alabastris maturis a basi ovata rotundatave in collum carpellis destitutum productis, oblongatis s. lagenaeformibus glabris stipitatoque glandulosis; reliquis partibus easdem varietates et lusus subeuntibus, quos sub ordine A. exhibuimus.*

1. R. lagenaria Vill., alabastris oblongatis inermibus pedunculisve stipitato-glandulosis, foliolis ovato-oblongis inaequaliter dentatis, trunco ramisque subinermibus.

† ***leiophylla**, fol. praeter petiolos glandul. glabris.*
(lusus ex ramulorum superficie.)

* *ramulis inermibus.*

R. pendulina *Linn. herb. Roth germ.* II. 561. *Leers herb.* 120. *excl. syn. Tratt. syn.* II. 204. *nec Ait. et L.*

R. alpina γ. pendulina *Lindl. ros.* 37.; var. α. laevis *Sering. mél.* I. 52., decad. no. 49.; *in DC. prodr.* II. 612. *excl. syn. Dill. Redout. ros.* I. 57.; var. β. lagenaria *Sering.* l. l.

R. alpina *Roess. oek.* I. 150.

R. lagenaria *Vill. delph.* III. 553. *Lapeyr. hist.* 284. *nec Willd.*

R. cinnamomea simplex, fructu oblongo admodum praecox *Camer. hort.* 144.

** *ramulis aculeolatis.*

R. rubella *Smith engl. bot. tab.* 2521. *Woods in act. Linn. soc.* XII. 177. *Lindl. ros.* 40. *excl. syn. R. polyphyllae* et var. β.

R. alpina ε. aculeata *Sering. in DC. prodr.* II. 611.

?R. cinnamomea fl. subrubentibus spinosa *J. Bauh. hist.* II. 37. *Chabr. sciagr.* 106. f. 4.

†† *eriophylla, foliis parce pubentibus.*

R. pendulina var. foliis subtus pubescentibus *Tratt. syn.* II. 204.

R. odoratissima *Scop. carn.* ed. 2. II. 354. *Tratt. syn.* 217.

††† *stictophylla, foliolis subtus pulveraceo-glandulosis.*

m. R. balsamica Willd., alabastris oblongis pedunculisque stipitato-glandulosis, foliolis oblongis duplicato-dentatis subtus inter pubem pulveraceo-glandulosis, ramulis inermibus, trunco aculeolis reflexis horrido.

R. balsamica *Willd. suppl.* 38. *Spr. n. Entd.* I. 304. *Tratt. syn.* II. 221.

C. pyriformis; alabastris ovatis oblongatisve in basin sensim attenuatis apice obtusatis obovatis s. pyriformibus glabris s. stipitato-glandulosis; reliquis partibus easdem varietates et lusus ut antecedentes spondentibus.

† *leiophylla, fol. praeter petiolum glandulosis.*

* *leiocephala, alabastris inermibus.*

R. alpina λ. pyriformis *Sering. in DC. prodr.* II. 612.

R. pyrenaica *auct. quord.*

R. lagenaria *Willd. sp. pl.* II. 1075. *excl. syn. Tratt. syn.* II. 202.

** *trachycephala, alabastris stipitato-glandulosis.*

R. alpina μ. setosa *Sering. l. l.*; var. hircina *Desv. journ.* 1813. p. 119.

†† *eriophylla, foliolis parce pubentibus.*

R. turbinata *Vill. delph.* III. 650. pr. pr.

††† *stictophylla, foliolis subtus glandulosis.*

° *fl. pentapetalo.*

R. turbinata *Vill. l. l.* pr. pr.

R. mixta *Tratt. syn.* I. 136.

°° *fl. polypetalis, (monstrum polystylum).*

n. R. Clusiana Waitz, alabastris ovatis basi productis collo ampliatis glabris, pedunculis erectis stipitato-glandulosis, foliolis ovato-oblongis subtus pubescentibus glandulosis inaequaliter-dentatis, trunco tortuoso ramisque subinermibus.

R. Clusiana ! *Waitz in lit. Tratt. syn.* I. 119. *Seringe in DC. prodr.* II. 624.

R. turbinato caule *Roess. oek.* II. 66.

R. sine spinis multiplex *Parkins.*

R. sine spinis flore majore *C. Bauh. pin.* 482. *Raj. hist.* 1470.

R. acanthos flore pleno coloris rubelli *J. Bauh. hist.* II. 35. *Chabr. stirp.* 105. f. 2. *(alabastris globosis.)*

R. absque spinis purpurascens plenis majoribus floribus *Camer. hort.* 145.

R. sine spinis *Clus. hist.* I. 115. n. 1.

Rosier à tiges en Zigzag. *Guillem.*

Die Zickzackrose *Roess.*

D. bicollis; alabastris oblongis in basin collumque sensim aequaliterque attenuatis subcylindricis; reliquis partibus ut in praecedentibus mutabilibus.

† *leiophylla, foliolis glabris.*

R. alpina β. lagenaria, avec fruit allongé au

milieu renflé et aux deux extrémités rétreci *DC. gall.* IV. 446.

R. pyrenaica *auct.*

†† *eriophylla, foliolis subtus pubentibus.*

R. alpinae var. ! *Günth. in lit.*

††† *stictophylla, foliolis subtus glandulosis.*

R. rubiginosae var. *auct. gall. in herb.*

Hab. in montibus editioribus et in alpibus totius Europae, austriacis *(Jacq.)* hungaricis *(Kit., Baumg.)*, silesiacis *(Krock., Günth.)* bohemicis *(Pohl)*, delphinatus *(Vill.)*, gallicis adfinibusque pyrenaicis *(Gouan, Lam., DC., Gay)*, sibiricis *(Pall., Bell)*, maxime vero in helveticis *(Hall.)*, in quibus altitudinem 6000 pedum adscendit, nec infra 2600 invenitur *(Wahlenb.)*. Fl. April. et Jun., alabastros maturat Octobr.; nonnisi etiam auctumno denuo florere incipit, in hortos a *Camerarii* temporibus inde recepta paucas tantum largita est variet. et monstra, sub lit. b et n. indicata.

10. Rosa pendulina Linn.

R. alabastris ovato-oblongatis in collum productis subinermibus coccineis uncialibus, sepalis lanceolatis integerrimis ecostatis basi in annulum confluentibus primum patulis demum porrectis conniventibus discumque claudentibus, pedunculis gemmae turgidae folioque oppositis validis ante et post florescentiam deflexis stipitato-glandulosis, stipulis in auriculas ovatas dilatatis, foliis polyzygis, foliolis ovatis glabris dentibus patentibus simplicibus dorsove denticulatis circumcisis, turionibus truncoque inermi aculeolisve erraticis infestis.

† *leiophylla, foliis glaberrimis.*

* *leiophloea, ramulis inermibus.*

° *dentibus fol. dorso denticulatis.*

(lusus ex foliolis ovatis.)

R. alpina latifolia *Sering. mél.* I. 130., *decad.* n. 26. *in DC. prodr.* II. 612.

R. alpina pendulina *Desv. journ.* 1813. p. 119. *Redout. ros.* I. 57. c. ic.

R. pendulina *Linn. sp. pl.* I. 705. *Ait. kew.* II. 208.

Smooth pendulous R.; R. without thorns *Angl.*

Rosier à fruits pendants *Gall.* Hangrose *Roess.*

(lusus fol. subrotundis.)

R. inermis *Mill. dict.* var. *β.* pendula *Waitz in lit.*

(lusus microphyllus.)

R. pendulina *hort. qrd.* ! *Ehrh. herb.*

(lusus fol. oligozygis.)

R. Andrewsii *Tratt. syn.* II. 205. *Sering. in DC. prodr.* II. 625.

R. alpina debilis *Redout. ros.* III. 15. c. ic.

R. inermis *Andr. ros. fasc.* 11.

(lusus ex alab. superficie: trachycephalus.)

R. pendulina *Schrank bav.* 38.

°° *dentibus fol. subsimplicibus.*

(lusus macrocephalus.)

R. pendulina *Linn.* l. l. et aliorum.

R. sanguisorbae majoris fol., fructu longo pendulo ex N. Anglia *Dill. elth.* 325. t. 245. f. 317.

(lusus microcephalus.)

R. polyphylla ! *Willd. enum. suppl.* 37. *Tratt. syn.* II. 219.

** *trachyphlοea, ramulis glandulis aculeolisque horridulis.*

R. stricta *Mühlenb. cat.* 50. *Lindl. ros.* 42. tab. 7. *excl. syn. Herrm. et Willd.*

†† *eriophylla, foliolis subtus lanatis.*

?R. macrophylla *Lindl. ros.* 35. tab. 6. *(ex ramulo turgido, forsan novae stirpis initium!)*

Hab. in America septentrionali; Nova Anglia (*Dill.*), Pensylvania (*Mühlenb.*), unde 1720 hortos anglicos *Sherardii* studio salutavit. Var. eriophylla a *Wallichio* in Gossam Than detecta, habitu omnino congruit et vix nisi patria aberrat. Fl. Maj. Jun. et Aug. alabastros maturat.

11. Rosa cretica Tourn.

R. alabastris subglobosis magnis demum phoeniceis pedunculisque brevibus stipitato-glandulosis, sepalis lanceolatis conformibus porrectis persistentibus, foliis oligozygis, foliolis e basi declinata subrotundis inciso-dentatis superficie variis, stipulis in auriculas ovatas dilatatis, trunco depresso divaricatim-ramoso ramisque nunc aculeis rectis eburneis infesto nunc aculeolis intermixtis horrido.

† *leiophloea, ramulis turionibusque aculeis conformibus infestis aculeolisve horridis nudis.*

* *leiophylla, foliis praeter petiol. glabris.*

° *mitis, ramulis aculeis rectis infestis.*

a. R. montana Chaix, alabastris subglobosis pedunculisque subsolitariis rigidis glanduloso-aculeolatis, foliolis e basi declinata fimbriata subrotundatis inciso-subduplicato-dentatis glabris subtus dilutioribus, trunco, ramis ramulisque aculeis rectis teretibus substipularibus infestis.

R. glabrata *Vest in lit. Tratt. syn.* II. 220. *Sering. in DC. prodr.* II. 625.

R. montana *Chaix in Vill. delph.* III. 547. *Willd. sp. pl.* II. 1076. ! *Schleich. cat.* 1813. et

1816. *DC. gall.* V. 532. *Tratt. syn.* II. 30. *excl. syn. Redout.*

R. Reynieri *Hall. fil. in Roem. Arch. fasc.* I. 7.

R. rubrifolia ζ. glandulosa *Sering. in DC. prodr.* II. 600. *pr. pr. excl. syn. Bell.*

R. pumila alpina pimpinellae exacte foliis sparsis, spinis incurvis *Cupan. panph.* tab. 1.

b. R. balearica, caule petiolisque aculeatis, foliis 3—5 ovato-oblongis utrinque glabris *Pers. ench.* II. 49., *quae quidem dubia, cum R. balearica Desf. forsan comparanda et denuo indaganda, a Persoonio post R. gallicam, a Lindleyo ad R. sempervirentem, a Seringeo autem ad R. carolinam citatur!* —

°° *horrida, ramulis praeter aculeos simul aculeolis horridis.*

c. R. Serafinii Viv., alabastris oblongis pedunculisque glabris, caule petiolisque crebro aculeatis, aculeis recurvis falcatis, stipulis ovatis, foliolis subrotundis duplicato-serratis, dentibus glandulosis. *Sering. in DC. prodr.* II. 625.

R. Serafinii *Viv. add. fl. ital. fragm. in fl. libyc.* 67., *fl. cors. spec. nov.* 8.

** *eriophylla, fol. subtus s. utrinque pubent.*

d. R. Doniana Woods, alabastris subglobosis pedunculisque brevibus glandulis rigidis hispidis, foliolis subrotundis inciso-duplicatoque dentatis utrinque petiolisque tomentoso-pubentibus, trunco, ramis ramulisque aculeis rectis teretibus infestis aculeolisve interspersis horridis.

° *mitior, ramulis aculeis rectis infestis.*

R. Sabini β. Doniana *Lindl. ros.* 59. *Sering. in DC. prodr.* II. 615.

R. Doniana ! *Woods in act. Linn. soc.* XII. 185. *Smith. engl. fl.* II. 378.

°° *horrida, ramulis pr. acul. aculeolis horridis.*

R. Sabini α. *Lindl. et Sering,* l. l.

R. Sabini ! *Woods* l. l. 188. ! *Hook. in herb. amic. M.*

R. involuta ! *Winch ess.* 41. *nec Sm.*

*** *stictophylla, fol. subtus s. utrinque gland.*

e. R. Sabinae Dup., alabastris subglobosis ramulisque nudis subinermibus, sepalis pedunculisque brevibus parce stipitato-glandulosis, foliolis ovatis praeter dentem obtusis triplicato-dentatis petiolisque glaberrimis, turionibus ramisque aculeis substipularibus rectis aculeolisque horridis.

° *hypostictica, fol. subtus glandulosis ramulisque simul minus horridis.*

R. sicula *Tratt. syn.* II. 86. *Sering. in DC. prodr.* II. 624.

R. ferox *Heckel in lit.*

R. montana *DC. gall.* V. 582. *pr. pr. ob fol. subtus glandulosa.*

°° *amphistictica, fol. utrinque glandulosis ramulisque simulac turionibus aculeolatis.*

(frutex spontaneus.)

? R. iberica *Steven apud M. Bieb. cauc.* III. 845. *Tratt. syn.* II. 67.

(frutex domesticus.)

R. Isaurae *Tratt. syn.* II. 72.

R. Sabinae ! *Dupont. gymn. ros. et hort. gall. teo. Woods.*

R. rubiginosa ε. Isaurea *Redout. ros.* I. 94. var. *π. Thor. prodr.* 112.

L'églantine de Clémence Isaure. *Thory.*

†† *eriophloea, ramulis turionibusque praeter aculeos biformes pube tenui vestitis.*

f. R. orientalis Dup., alabastris subglobosis stipitato-glandulosis, pedunculis brevissimis molliter tomentosis solitariis, foliolis ovatis subrotundisve utrinque tomentosis hinc s. utrinque glandulosis, ramulis parce-pubentibus aculeis teretibus rectiusculis aculeolisque horridis, trunco depresso tortuoso aculeis teretibus infesto.

* *leiophylla, fol. subtus venosis glabriusculis.*

R. orientalis *α.* Olivieriana *Sering. in DC. prodr.* II. 607. *excl. patria.*

** *eriophylla, fol. utrinque pubentibus.*

R. orientalis *β.* Balbisiana *Sering. l. l.*

(lusus ex pedunculis longioribus.)

?R. mollissima ! *Sieber in herb. Gay.*

*** *stictophylla, fol. subtus s. utrinque gland.*

° *hypostictica, fol. subtus glandulosis.*

R. cretica *Tratt. syn.* II. 83.

R. glutinosa with a few glands on the under side *Lindl. ros.* 95.

R. rubiginosa cretica *Redout. ros.* I. 125.; var. *γ. Thor prodr.* 110.; var. *κ. Sering. in DC. prodr.* II. 616.; var. *γ.* sphaerocarpa *Desv. journ. bot.* 1813. p. 117.

•• *amphistictica, fol. utrinque glandulosis.*

R. Heckeliana *Tratt. syn.* II. 85. *Sering. in DC. prodr.* II. 624.

R. glutinosa *Sibth. Smith prodr. fl. graec.* I. 348. tab. 481. ! *Sieber in herb. cr.*; var. with glandular et viscid leaflets on both sides *Lindl. ros.* 95.; *nec Bess. Bell. et Schultz.*

R. cretica montana, foliis subrotundis glutinosis et villosis *Tournef.* cor. 43.

Hab. stirps suis locis perquam mutabilis nec satis nota, in Parnasso *(Sibth.)*, Siciliae et Styriae montibus editioribus *(Cupan., Heckel, Vest)*, in Cretae alpe Sphak *(Tourn., Sieb.)* et forsan per totam Graeciam et tractus adjacentes divulgata, ex quibus in hortos gallicos translata est, nec forsan in aliis et dissitis locis, v. gr. in Anglia septentrionali et Iberia *(Steven)* exsulat.

12. Rosa palustris Marsh.

R. alabastris subglobosis parvulis phoeniceis pedunculisque subcorymbosis basi mediotenusve bracteatis stipitato-glandulosis, sepalis oblongo-lanceolatis integerrimis patentibus infra apicem lingulatum tenuatis galeros acuminatos superantibus demum reflexis deciduis, stipulis protractis marginem integrum involventibus petiolumque occultantibus, foliis polyzygis, foliolis ovato-oblongis in basin subintegram declinatis petiolo brevi compresso innixis simpliciter approximatoque denticulatis opacis subtus (plerumque) glaucescentibus, aculeis trunci sparsis, ramorum substipularibus uncinatis minacibus.

A. concolor; foliolis utrinque concoloribus.

† leiophylla, foliis glabris.

a. R. enneaphylla Rafin., alabastris globosis nudis, foliis polyzygis glabris, foliolis oblongis acutis utrinque concoloribus, corymbis paucifloris, trunco ramisque subinermibus.

R. carolina *α.* florida *Sering. in DC. prodr.* II. 605., var. *β.* florida *Lindl. ros.* 23.

R. florida *Donn cant.* 169. *teste Lindl.*

R. enneaphylla *Rafin. précis et in Desv. journ.* IV. 268. *Poir. encycl. suppl.* V. 778. *Tratt. syn.* II. 228.

†† *eriophylla, foliis subtus parce pubentibus.*

b. R. virginica Spr., alabastris globosis stipitato-glandulosis pedunculos subinermes subaequantibus, foliis oligozygis subtus petiolisque tenuiter pubentibus, foliolis oblongis petiolisque utrinque opaco virentibus, trunco ramisque subinermibus.

R. virginica ! *Spreng. nov. prov. hort.* 36.

R. Sprengeliana *Tratt. syn.* II. 163. *Sering. in DC. prodr.* II. 624.

B. discolor; foliolis supra opaco-virentibus subtus discoloribus.

† *eriophylla, foliolis subtus parcius pubentibus.*

(*var. ad foliolorum figuram.*)

c. R. ovata, alabastris subglobosis pedunculisque binis quaternisve sepala subaequantibus obsolete bracteatis stipitato-glandulosis, foliolis 3-jugis ovatis utrinque attractis parce-obtuseque dentatis, trunco 2—3 pedali in ramos ramulosque subinermes aculeisve substipularibus geminis brevibus infestos abeunte.

R. carolina β. laevis *Sering. in DC. prodr.* II. 605.

R. virginiana *Münchh. Hausv.* V. 280. *Du Roi harbk.* II. 253. *Schrank baō.* n. 34.

R. sylvestris virginiensis *Duham. arb.* 54.

(*lusus ex foliolis et floribus.*)

a. macranthus, floribus speciosis.

R. virginica *Godefr.*

R. carolina var. 2. à grandes fleures *Prosp. mon.* 153.

b. micranthus, alabastris petalisque duplo minoribus, foliolis argute tenuiterque denticulatis.

c. amphimallus, foliolis utrinque pilis adpressis incanescentibus.

(monstrum ex stylorum numero, glandulis aculeolisque in ramulis et pedunculis; hybridus forsan proventus.)

d. R. Euratiana Bosc, alabastris oviformibus stylos plurimos villosos recolligentibus incassis, pedunculis geminis uncialibus bibracteatis cum alabastris sepalisque dorso glandulis patentibus aculeolisque horridis, petiolis glabris robustis glandulis aculeisque adspersis, foliolis ovatis remote dentatis magnis subtus parce pubentibus, trunco erecto subinermi, ramulis saepe aculeolatis.

(lusus: sepalis integris.)

R. euratina *Poir. enc.* IV. 714. *Lindl. ros.* 136. *Tratt. syn.* II. 185.

(lusus: sepalis in pinnas lineares decisis.)

R. euratiana ! *Bosc nouv. cours* II. 256. *Redout. ros.* III. 93. c. ic.

R. villosa γ. Euratiana *Sering. in DC. prodr.* II. 619.

e. R. oblonga, pedunculis subcorymbosis bracteatis parce glandulosis, foliolis 3—4 jugis oblongis utrinque leniter protractis apice mediotenusve simpliciter denticulatis parce pubentibus, trunco 5—8 pedali, ramis ramulisque subinermibus aculeisve substipularibus infestis.

(lusus ex foliolorum et florum magnitudine.)

α. latifolius, foliolis majoribus floribusque subcorymbosis.

R. carolina *Linn. sp. pl.* I. 703. *Willd. sp. pl.* II. 1069. *Ait. kew.* III. 260. *Pers. ench.* II. 48. *Münchh. Hausv.* V. 279. *Lawr. ros. tab.* 24. *Wangenh. amer.* 112 t. 31. f. 71. *Andr. ros. fasc.* 8. *Pursh amer.* n. 8.; var. *α.* hispida *Sering. mél.* 21.; *in DC. prodr.* II. 605.; var. corymbosa *Redout. ros.* I. 81. *Thor. prodr.* 51. *nec Walt. et Mich.*

R. virginiana *Roess. oek.* I. 213., *ros. tab.* 13.

R. palustris *Marsh. arb.* 135. *Donn. cant.* 169. *Roess. oek.* I. 213. *nec Buchan.*

R. corymbosa *Ehrh. Beytr.* IV. 21. *Mühlenb. cat.* 50. *nec Bosc.*

(luxus leucanthus.)

R. corymbosa *Moench weiss.* 119.

(monstrum polypetalum.)

R. carolina fl. pleno *Andr. ros.* 16.

R. carolina conglobata *Tratt. syn.* II. 156.

(monstrum polystylum.)

R. carolina ζ. hemisphaerica *Sering. in DC. prodr.* II. 605.

β. angustifolius, fol. angustis tenuiter denticulatis, floribus subsolitariis.

R. carolina *Bigel. bost.* 121. ! *Torr. in herb. clar. Link. Tratt. syn.* II. 155. *excl. syn.*

f. R. lanceolata, sepalis oblongo-lanceolatis margine sericeis in lingulas alabastro pedunculato longiores undique pubentes protensis, foliolis 3—4 jugis oblongo-lanceolatis protracto-tenuiterque denticulatis, trunco 4—6 pedali, ramis ramulisque subinermibus.

α. longifolia, foliis lanceolatis sepalisque longissimis.

R. corymbosa ! *hort. Parment.*

R. virginiana *Tratt. syn.* II. 154. *excl. syn.*

R. carolina corymbosa *Redout. ros.* I. 81.

R. blanda *hortul.*

(*monstrum polypetalum.*)

R. Hudsoniana salicifolia *Redout. ros.* I. 95.

β. angustifolia, foliis angustioribus.

R. carolina γ. salicifolia *Sering. in DC. prodr.* II. 605.

R. Hudsoniana *Redout. ros.* I. 95. *Tratt. syn.* II. 147.

R. corymbosa *Dupont choix* 5.

Hab. in locis udis et juxta fluminum ripas Americae borealis a Nova Anglia inde usque ad Virginiam (*Marsh., Pursh, Mich., Torr.*) et ex illis *Sherardii* studio 1726 in hortos europaeos lata, plures obtulit varietates et monstra. Fl. mense Augusto raroque apud nos alabastros edit maturos.

13. Rosa humilis Marsh.

R. alabastris depresso-globosis oviformibusque sanguineo-rubris pedunculisque brevibus validis geminis glabris, sepalis oblongo-lanceolatis integerrimis in apicem sensim excurrentibus dorso glanduloso-viscidis galeros acuminatos excedentibus demum porrectis persistentibus, stipulis oblongis patentibus glanduloso-denticulatis, foliolis oblongis petiolo brevi subdecussato decurrenti innixis simpliciter-serrato-dentatis, ramis aculeis oppositis substipularibus horizontaliter-patentibus infestis, his turionibusque aculeolis horridis, trunco humili a basi inde ramoso.

A. concolor; foliolis utrinque concoloribus, aculeis trunci frondiumque aeque ac glandulis pedunculorum et alabastrorum variis.

† *leiophylla, fol. glaberrimis cum aliquo nitore viridibus.*

(var. horrida.)

a. R. nitida Willd., alabastris depresso-globosis sepalisque dorso glanduloso-viscidis, foliolis lanceolatis remote-dentatis utrinque nitenti-viridibus s. utrinque cum stipulis petiolisque colo-

ratis glaberrimis, ramis, ramulis turionibusque praeter aculeos substipulares validiores aculeolis conformibus horridis.

R. hispida γ. nitida *Thor. prodr.* 48.

R. Redoutea rubescens *Thor. in Redout. ros.* I. 103. tab. 86.; var. γ. *prodr.* 44. *Tratt. syn.* II. 176.

R. rubrispina *Bosc dict. d'agric.* 246. *Tratt. syn.* II. 179. *Sering. in DC. prodr.* II. 623.

R. nitida ! *Willd. enum.* 544. *Pursh amer.* I. 344. *Poir. encycl. suppl.* IV. 711. *Lindl. ros.* 18. tab. 2. *Tratt. syn.* II. 177. *Sering. in DC. prodr.* II. 603.

(*var. mitis.*)

b. R. lucida Ehrh., alabastris depresso-globosis glabris stipitatove glandulosis, foliolis oblongo-lanceolatis remote-dentatis utrinque lucido-viridibus glaberrimis, turionibus aculeolis rectis aciculariboshorridis, trunco 3—4 pedali ramulisque subinermibus.

R. lucida ! *Ehrh. Beytr.* IV. 22. *Willd. sp. pl.* II. 1063. *Moench meth.* 687. *Jacq. fragm.* 71. tab. 107. f. 3. *Roess. oek.* I. 217. *Pers. ench.* I. 48. *Pursh amer.* I. 344. *Redout. ros.* I. 45. tab. 11. *Lindl. ros.* 17. *Tratt. syn.* II. 152. *Sering. in DC. prodr.* II. 602. *nec Lawr.*

R. rubra lucida *Roess. ros.* tab. 7.

R. carolina *Walt. carol.* 149.

R. carolina fragrans, foliis mediotenus serratis *Dill. elth.* 325. tab. 245. f. 316.

(*lusus ex foliolorum magnitudine.*)

α. microphyllus, foliolis lanceolatis angustis utrinque tenuatis basi integerrimis, trunco tortuoso ramisque inermibus.

(*monstrum ex foliolis perperam succrescentibus.*)

β. pterophyllinum, petiolo ex membranis alia foliola minora assurgentia transmittente. Cf. p. 35.

(*monstrum polypetalum.*)

R. lucida fl. pleno *Savi ital.* tab. 23.

(*monstrum polystylum.*)

e. R. Rapa Bosc, alabastris ovato-subglobosis aculeolatis stylos villosos plurimos et petala recolligentibus demum incassis, pedunculis 2—3 elongatis superne incrassatis aculeolis glandulisque porrectis horridis, mediotenus bracteis pluribus interceptis, foliolis oblongis lucidis, ramulis aculeolatis, trunco erecto diffuso subinermi.

R. turgida *Dum. de Cours. teste Lém. not.* no. 37. *Pers. ench.* II. 49.

R. fraxinifolia *Deleuz. bot. cult.* ed. 2. n. 28.

R. Rapa *Bosc nouv. cours* XI. 247. *Poir. encycl. suppl.* IV. 710. ! *Desf. cat. par.* 273. *Redout. ros.* II. 7. c. ic. *Lindl. ros.* 15. *Tratt. syn.* I. 78. *Sering. in DC. prodr.* II. 602.

Tourneps R. *Gall.*

†† *eriophylla, petiolis tomentosis, foliolorum nervis raro ipsis ramulis hinc s. undique pubentibus.*

d. R. coruscans Waitz, alabastris subglobosis magnis, foliolis oblongis obovatisque utrinque concoloribus pallide-viridibus subtus ad nervos,

petiolis ipsisque nonnisi ramulis sericeo-tomentosis, petalis corollae speciosis, trunco ramisque aculeis rectis horridis, ramulis floriferis subinermibus s. his ramisque aculeis infrastipularibus infestis.

R. coruscans ! *Waitz in lit. Link enum. hort. ber.* II. 57. *Sering. in DC. prodr.* II. 610.

(*monstrum ex petalorum numero.*)

α. polystylum, alabastris ovato-subglobosis corollam polypetalam subtornatam speciosam sustinentibus, foliolis oblongo-lanceolatis inciso-serrato-dentatis acuminatis utrinque laete-viridibus praeter nervos petiolosque tomentosos glabris, trunco erecto ramisque aculeis solitariis conicis validis infestis.

R. lucida β. americana ! *hort. potsdam.*

R. Rapa β. flore majore *Pronv. mon.* 152.

B. discolor; foliis supra laete-, subtus opaco-viridibus s. ex aliquo glaucore discoloribus.

† *leiophylla, foliolis glaberrimis.*

e. R. pensylvanica, alabastris suboviformibus, pedunculis geminis subcorymbosisve cum sepalis oblongo-lanceolatis sensim in apices tenuatis dorso stipitato-glandulosis, foliolis oblongis acutis serrato-dentatis basi integerrimis subtus discoloribus glaucescentibusve, ramis ramulisque aculeis geminis substipularibus porrectis infestis, trunco humili.

* *macrantha, floribus speciosis.*

R. Lindleyi *Spreng. syst. veg.* III. 647. *Sering. in DC. prodr.* II. 604.

R. pseudo-lucida *Bess. in lit.* 1820.

R. laxa *Lindl. ros.* 18. tab. 3. *nec Retz.*

R. carolina *c. Ait. kew.* III. 260.

** *micrantha, floribus minoribus.*

R. lucida ! *hort. gall.*

R. corymbosa ! *hort. gall.*

R. parviflora *Pursh amer.* I. 344.; var. fl. simplici *Sering. in DC. prodr.* II. 604. *Bosc in hort. gall.*

R. caroliniana *Mich. amer.* I. 295.; var. simplex *Roess. oek.* I. 210.

R. pensylvanica *Lüder bot. Lustg.* II. 597. *Roess. oek.* I. 212. *Dupont in lit.*

R. humilis *Marsh. arb.* 136.

(*monstrum polypetalum.*)

f. R. parviflora Ehrh., alabastris semiglobosis parvulis, pedunculis elongatis debilibus sepalisque ovato-oblongis in lacinias tenues fissis dorso stipitato-glandulosis subviscidis, petalis corollae imminutae convoluto-crispis, trunco foliolisque var. e. primitivae.

(*lusus platyphyllus.*)

R. parviflora plena *Ehrh. Beytr.* IV. 21. *Willd. sp. pl.* II. 1068. *Pers. ench.* II. 48. *Poir. enc.* VI. 296. *Nouv. Duham.* VII. 18. *Redout. ros.* II. 78. *Tratt. syn.* II. 157. *Lindl. ros.* 20. *Hayn. dendrol. Fl.* 94.; var. fl. pleno *Sering. in DC. prodr. l. l.*

R. carolina *Du Roi harbk.* II. 355.; var. plena *Roess. oek.* I. 212.

R. pensylvanica *Wangenh. arb.* 285.

(*lusus leptophyllus.*)

R. parviflorae var. fol. linearibus *in herb. Lamb. tette Lindl. ros.* 21.

(*lusus: floribus variegatis.*)

R. virginiana humillima, fl. ex purpureo et rubro maculata *v. Kampen cat.* n. 43.

R. nova biuncialis ex sem. amer. *Duham.*

†† *eriophylla, foliolis subtus pubentibus.*

g. R. Lyonii Pursh, alabastris subglobosis glabriusculis, pedunculis stipitato-glandulosis binis ternisve foliolis ovato-oblongis acutis serratis supra glabriusculis subtus tomentosis, aculeis sparsis rectis.

R. Lyonii *Pursh amer.* I. 345. *Lindl. ros.* 134. *Sering. in DC. prodr.* II. 606.

(*? lusus, ni fallor, ex trunco.*)

R. pusilla *Rafin. annal. scienc. physic.* V. 218. *Sering. in DC. prodr.* II 611.

Hab. in Americae septentrionalis lucis pratensibus et paludosis a Noveboraco inde ad Carolinam usque (*Pursh*), et ex his in hortos nostros abiit, in quibus ab aestatis fine ad serum auctumnum floret et saepius cum alabastris maturescentibus hibernat.

14. Rosa majalis C. Bauh.

R. alabastris e basi subrotunda depresso-globosis sive ex illa in collum declinatis oviformibus demum phoeniceis sepalis simplicibus lanceolatis infra apicem lingulatum tenuatis porrectis coronatis, pedunculis subsolitariis inermibus bracteas ovatas ventricosas subaequantibus, foliis oligozygis, foliolis obovatis ovalibusque inaequaliter remoteque dentatis basi declinata integerrimis opacis subtus plerumque discoloribus, stipulis amplexicauli-vaginantibus in auriculas ovatas expansis, summis cucullatis subcoloratis, ramulis hornis pallide-viridibus, annotinis fusco-rubris cum foliis nudis pubentibus roridisve, aculeis biformibus, turionum aicularibus confertissimis innocuis saepius demum deciduis, ramorum strictorum substipularibus geminis persistentibus minacibus, raro deficientibus.

A. concolor; foliolis a figura obovata, baseos sensim declinatae integritate praenotata, nunc ambitu magis dilatato rotundatis et ovatis, nunc illo attracto

oblongatis raritèrque simul cum stipulis, e stirpis natura amplissimis, foliorum ex gemmis foliiferis emergentium angustatis, inaequaliter - simpliciter - incisodentatis, glaberrimis · omnino s. frequentius pilis ad petiolum primum prodeuntibus et ab his ad nervos paginae inferioris excurrentibus tenuiter pubentibus, utrinque virore opaco, aliquem flavorem veluti immiscente suffusis, subtus pallidioribus quidem nec tamen a glaùcoris suspicione omnino alienis, saltem nunquam rore glauco tam notabili suffusis; aculeis substipularibus numero, sede et figura variis, semper tamen rectis teretibus, alioquin sparsis et erraticis per internodia, raro nullis.

a. R. sibirica Sw., alabastris e basi subrotunda oviformibus pedunculisque binis ternisve nudis, foliolis ovato-oblongis inciso-acuteque dentatis utrinque concoloribus pallide-virentibus glabris tenuiterve pubentibus, trunco in ramos erectos graciles effuso, his ramulisque inermibus s. aculeis rectis sparsis infestis.

† *leiophylla, foliis glabris.*

* *mitis, ramis ramulisque subinermibus.*

α. sertacea, ramulis sertaceis 2—4 floris, foliolis ovatis constipatis, R. glaucae europaeae aemulis. R. quaedam inermis !*hort. gorenk.* !*Bess. in herb. amicisc.* *Gay.*

β. incana, ramulis elongatis, foliolis flaccis remote dentatis.

R. incana *Falk in litt.*; var. fere inermis. !*Sw. in lit. nec Kit.*

†† *eriophylla, fol. petiolisque parce pubentibus.*
(lusus: foliolis magis ovatis.)

R. sibirica ! *Sw. in herb. amic. Gay.*

R. laxa *β.* incana ! *Wikstr. nagr. art. af Ros.* 12.

R. laxa *Retz in Hoffm. phytogr. Bl.* I. 39; *Hornem. hafn.* no. 11. p. 472.; var. *α. Wikstr. l. l.* tab. 3. f. 3. *Sering. in DC. prpdr.* II. 605.

(lusus: foliolis magis oblongatis; qui foliolis concoloribus a reliquis recedit et hic promiscue intrat.)

R. davurica *Tratt. syn.* II. 170. *an quoque Pall.*?

R. cinnamomea *hort. qrd.* ! *Waitz in lit.*; var. *ζ.* lancifolia *Sering. in DC. prodr.* II. 606.

R. collincola ! *hort. herrenhus. aliorq.*

R. sibirica ! *Waitz in lit.*

(lusus: sepalis obsolete appendiculatis.)

?R. taurica *Stev.* in *M. Bieb. cauc.* I. 394. *Lindl. ros.* 31.

?R. cinnamomea *Schrank bav.* 35 (ob sepala rarius semipinnata).

(lusus: pedunculis stipitato-glandulosis.)

R. sibirica ! *hort. herrenhus.*

R. praecox ! *hort. herrenhus.*

** *horrida, aculeis rectis sine ordine per ramos sparsis, foliolis angustioribus lanceolatis.*

R. microcarpa ! *Retz in Hoffm. phyt. Bl.* I. 40. ! *Wikstr. l. l.* p. 14. tab. 3. f. 4. *Tratt. syn.* II. 38. *nec Lindl. et Bess.*

R. cinnamomea receptaculo oblongo *Cat. hort. gorenk.* 1812. p. 66.

b. R. baltica Roth, alabastris globosis, pedunculis

subgeminis sepalisque stipitato-glandulosis, foliolis ovato-oblongis obtusis, aequaliter dentatis subcoriaceis utrinque opaco-virentibus praeter petiolum nervosque parce pubentes glabris, trunco in ramos graciles aculeis rectis infestos assurgente, ramulis subinermibus.

R. baltica ! *Roth sp. nov. Ind. orient.* 234. *Tratt. syn.* II. 37. *Sering. in DC. prodr.* II. 615.

R. caninae var. alabastris globosis ! *Treviran. in lit.*

B. discolor; foliolis ad figurae rationem ut in A. concolore, ob nervos eburneos tamen sive glaucore penitius subeunte utrinque et cum ramis ramulisque, sive subtus solum suffusis, nunc concolori-glaucis, nunc subtus discolori-glaucis, ad superficiei rationem more ramulorum satis versipellibus, et quidem rarius glaberrimis magisque constipatis, vel frequentius pube tenui et sericeo-splendente, in pagina superiore adpressa in inferiore et ad petiolos villosa vestitis et ex his pilis facies magis minusve glaucescentes obsidentibus, pallorem magis minusve conspicuum inducentibus eoque nunc incanescentibus, nunc cinerascentibus, nunc griseum plumbeumve colorem mentientibus, vel denique cum vel sine pube, hinc s. utrinque glandulis pulveraceis subgranulatisve nitore succinico insignibus emersis, habitum stictophyllinum ejusque sequelas secum ducentibus; ramis ramulisque superficie, colore et aculeis ex loci natalis et aetatis varietate satis variis, nunc glaberrimis, purpureo-vernicosis, nunc cum vel sine indole erio-et stictophyllina, pubentibus iisque simul aculeis biformibus substipula-

ribus geminis infestis s. aculeolis copiosissimis insigniter at innocuo inhorrescentibus, raro omnino inermibus.

† *leiophylla, foliis utrinque petiolisque glaberrimis constipatis.*

c. R. glauca Desf., alabastris globosis majusculis solitariis corymbosisve glabris raro cum sepalis parce glandulosis, foliolis ovatis inaequaliter simpliciterque dentatis utrinque glaucescentibus opacis glabris constipatis subtus nervis eburneis exaratis, ramulis laete assurgentibus subinermibus, trunco in ramos aculeis rectiusculis infestos invalescente cum stipulis bracteisque subintegris rosam facile subeuntibus.

α. intacta, foliolis sine rore emerso et rubedine utrinque glaucore opaco suffusis.

R. glaucescens *Wulff. in Roem. Arch.* III. 376. *Tratt. syn.* II. 93. *nec Bess. et Schott.*

R. fraxinifolia *Tratt. syn.* II. 196. an quoque *Borkhaus.*?

R. rubrifolia *Jacq. fragm.* 70. tab. 106.

β. rorida, ramulis foliisque halitu rorido adspersis, petalis corollae rubris fulgentibus.

R. rubrifolia ! *auct.*

R. glauca *St.-Hilair. fr.* tab. 324.

R. lucida *Andr. ros. fasc.* 22. *Tratt. syn.* II. 91.

γ. rubrifolia, foliolis petiolisque aculeatis roseo-purpurascentibus coloratis.

R. cinnamomea γ. rubrifolia *Thor. prodr.* 56. *Redout. ros.* I. 134.

R. rubicunda *Hall. fil. in Roem. Arch.* I. 2. p. 6.

R. rubrifolia *Vill. delph.* III. 549. *Bellard. in act. tur.* 1790. p. 229. tab. 9.; *append. ad fl. pedem.* tab. 4., *in Vster. Annal.* XV. 62. *Redout. ros.* I. 35. *Willd. sp. pl.* II. 1075. *Sering. mél.* 9., var. *α.* laevis, *β.* hispidula, *δ.* inermis *in DC. prodr.* II. 609. excl. rel. var. *Lindl. in bot. reg.* tab. 430., *ros.* 104. *Tratt. syn.* II. 92.

R. no. 1101. (R. canimae var. *β.*) *Hall. hist.* II. 39. *Sut. helv.* I. 302.

R. ferruginea *hortul.*

R. foliis glaucis rubedine tinctis *Scheuchz. it.* VII. 518*).

†† *eriophylla, foliis subtus petiolisque tomentoso-pubentibus, supra nudis s. adpresso-pilosis in fronde leio-s. eriophloea.*

* *leiophloea, ramis ramulisque bimis hepatico-fuscis opacis s. verniceso-nitentibus glaberrimis, aculeis substipularibus infestis s. illis omnino destitutis.*

d. R. cinnamomea Linn., alabastris globosis s. ex hac figura basi colloque protractis obovatis oviformibusque cum sepalis pedunculisque bracteatis laevibus, foliolis ovato-oblongis acute-inaequaliterque dentatis subtus cum petiolis pubescentibus cinerascentibus s. glaucescentibus laevigatis nervisve emersis rugosis, latioribus

*) Hujus loci quoque est et var. nominis digna: R. *fraxinifolia Borkh. Holzart.* 301. siquidem spontanea nec aufuga!

angustioribusve ideoque figuram ovatam oblongamque mentientibus, aculeis ramorum strictorum rectiusculis substipularibus 2—4 nis persistentibus, turionum aculeolis confertissimis caducis cicatriculas bullosas relinquentibus.

(lusus ex foliolorum figura.)

α. rotundifolius, foliolis plus minusve rotundis ovatisque obtusis.

R. cinnamomeae var. rotundifolia *auctor in lit.*

β. ovatifolius, foliolis ovatis magis minusve acuminatis.

R. acuminata *Sw. in lit. Link Jahrb. der Gewächsk.* I. *fasc.* 2. 82.

R. cinnamomea *Tratt. syn. β.* acutifolia *Hayn. dendrol. Fl.* 95.; var. *β. DC. gall.* IV. 439. *forsan excl. syn. Desf.*

R. fluvialis *Müll. fl. dan.* tab. 868. *Tratt. syn.* II. 174.

(lusus platyphyllus.)

R. cinnamomea *Smith engl. Fl.* I. 273.; var. *ε.* latifolia *Sering. in DC. prodr.* II. 606.

R. majalis *Retz observ.* III. 333.

R. mutica *Müll. fl. dan.* tab. 788. *excl. syn. J. Bauh. et Hall. Tratt. syn.* II. 169.

γ. ovalifolius, foliolis ovalibus remote-inaequaliterque dentatis basi apiceque magis minusve protractis ideoque obovatis subtus plerumque pallide-virentibus s. notabilius glaucis.

R. cinnamomea *Linn. sp. pl.* II. 703.; var. *α. Münchh. Hausv.* V. 582. *Schrank bav.* II. 23. *Du Roi harbk.* II. 348.; var. simplex,

Lüder bot. Lustgart. I. 576. *Roess. oek.* I. 228. *Krock. sil.* II. 141. *M. Bieberst. cauc.* I. 393. III. 334. cum var. grandifolia, *excl. tamen syn. Wallr. et fl. dan. Guimp. Deutsch. Holzart.* I. 115. *Redout. ros.* I. 105. c. ic.; *Woods in act. Linn. soc.* XII. 175. var. *α.* collincola *Sering. mél.* 6., decad. I. no. 2., *in DC. prodr.* II. 605. excl. syn. plurimis et var.

R. collincola var. *α. Ehrh. Beytr.* II. 70. *Hall. in Roem. Arch.* I. 2. p. 5.

R. majalis *Schwenckf. sil.* 87. *Herrm. ros.* 10.; var. cinerea *Wahlenb. lapp.* 141. pr. pr. ? *Desf. atl.* I. 400.

R. odore cinnamomi simplex *C. Bauh. pin.* 483.

R. de Canelle *Lob. ic.* II. 209.

R. cinnamomina *Dodon. pempt.* 187.

R. rubella, fl. simplici non spinosa *J. Bauh.* II. 39.
(lusus: trunco turionibusque aculeolis horridis.)

R. reversa ! *Noisett. in lit.*

R. spinosissima *Linn. suec.* ed. 1. no. 407., ed. 2. no. 442. excl. adumbr. *Afzel. ros.* 59. *Gort. ingr.* 78. *Sobolewsk. petrop.* 828. *Wahlenb. ups.* 171.; *suec.* I. 316.
(lusus: stipulis angustioribus, linearibus.)

R. majalis *Lindl. ros.* 34. *excl. syn. pl.*

R. cinnamomea *Smith engl. bot.* tab. 2388.
(lusus: foliolis ob nervos contractos rugosis.)

R. majalis var. rugosa *auctor in lit.*
(lusus: foliolis supra strigulosis.)

R. majalis var. strigulosa *auctor in lit.*

(lusus: alabastris subrotundis.)

R. cinerea ! *Sw. veget.* 18., ! *Svensk. bot.* VIII. tab. 553. *Spreng. n. Entd.* III. 220.

R. gemella ! *Willd. enum.* 544. *forsan excl. patr. Lindl. ros.* 134. *Tratt. syn.* II. 161.

R. cinnamomeae var. fructu sphaerico *M. Bieb. cauc.* III. 335.

(lusus: alabastris depresso-globosis.)

R. cinnamomea ! *Sw. in lit.*

(lusus: alabastris in basin productis, subpyriformibus.)

R. pyriformis ! *Sw. in lit.*

R. turbinella ! *Sw. in lit. Sering. in DC. prodr.* II. 623.

R. spinosissima β. fructibus basi elongatis *Wahlenb. upsal.* 171., *suec.* I. 316.

(lusus pygmaeus: trunco dodrantali tortuoso horrido, foliolis ex nervis elevatis rugosis complicatis cumque stipulis angustatis.)

R. majalis var. pumila *auctor in lit.*

R. cinnamomea β. gemella *Sering. in DC. prodr.* II. 605. *excl. syn. Willd.*; var. humilis in rupestribus subalpinis *M. Bieb. l. l.*

R. Krockeri *Tratt. syn.* II. 231. *Sering. in DC. prodr.* II. 625.

R. pygmaea *Krock. sil.* II. 154. *in not.*

δ. elliptica, foliolis ellipticis remote-dentatis subtus griseo-einerascentibus, trunco robusto in ramos strictos assurgente fusco-purpureo vernicoso-nitente aculeis infrastipularibus 2—4 infesto.

R. cinnamomea *auct. Redout. ros.* I. 133.

R. fastuosa *Tratt. syn.* II. 168.

R. printannier ! *Reyn. in act. Laus.* I. 68. tab. 4. *(monstrum polypetalum.)*

e. R. foecundissima Münchh., alabastris immaturis subturbinatis demum incassis, petalis corollae ranunculiformis numerosis, centralibus sensim angustioribus minoribusque demum deplanatis, trunco elato in ramos vimineos vernicoso-nitentes assurgente ramulisque aculeis substipularibus infesto.

R. cinnamomea *Linn. sp. pl. pr. pr. ex syn. Willd. sp. pl.* II. 1065., *enum.* II. 543. *Ehrh. Beytr.* VI. 34. *Leers herb.* n. 381. *Leyss. hal.* 121. *Hoffm. germ.* II. 174. *DC. gall.* IV. 439. *Pers. ench.* II. 47. *Rau ros.* 52. *Lindl. ros.* 28. tab. 5. excl. alab. addit. *Schk. Handb.* II. 46. *Wallr. ann. bot.* 60.; var. obtusifolia *Hayn. dendrol. Fl.* 95.; var. fl. pleno *Thor. prodr.* 56.; var. *α.* collincola *Sering. in DC. prodr.* II. 605. pr. pr. *Boenningh. monast.* I. 149.

R. printannier à fl. doubles *Reyn. in act. Laus. l. l.*

R. collincola plena *Ehrh. Beytr.* II. 71.

R. foecundissima *Münchh. Hausv.* V. 279. excl. *syn. Leyss. Du Roi harbk.* II. 343. *Roess. oek.* I. 114. *Hoffm. germ.* I. 175. *Hornem. fl. dan.* tab. 1214.

R. majalis *Herrm. ros.* 8. *Roess. oek.* I. 221.

R. georgica *hortul. teste Herrm. l. l.*

R. minor rubello flore, quae vulgo a mense

Majo, Majalis dicitur *C. Bauh. pin.* 483. *Rupp. jen.* 139.

R. odore cinnamomi fl. pleno *C. Bauh. pin.* l. l. *Jonst. dendr.* tab. 109. f. 5.

R. minor rubello multiplicatoque fl., asperis spinis armata *J. Bauh. hist.* 38. *Chabr. stirp.* 106. f. 3.

R. provincialis minor *Tabernaem. hist.* 1494. fig. 2. *Lonicer.* 113.

R. veneta *Camer. hort.* 145.

R. cinnamomea fl. pleno *Clus. hist.* I. 115.

R. domestica *Matth.* 55. f. 1. *Camer. epit.* 98. f. 1.

Rose canelle, R. de Mai *Gall.*

Zimmt, — May, — Pfingst-Rose *Germ.*

(lusus fol. rugosis subtus griseis cum glandulis pulveraceis interspersis.)

R. cinnamomeae var. salviaefolia *auctor in lit.*

(monstrum polystylum; alab. turbinatis majoribus.)

R. cinnamomeae var. major *hortul.*

f. R. davurica Pall., alabastris oviformibus pedunculisque subgeminis bracteatis inermibus, foliolis ovatis inaequaliter-dentatis supra opaco-viridulis subtus glaucescentibus petioloque parcius puberulis, ramulis turionibusque aculeolis rectis acicularibus produetis horridis, trunco ramoso subinermi.

R. acicularis *Lindl. ros.* 44. tab. 8. ! *hort. lucib.*

R. alpina *c.* acicularis *Sering. in DC. prodr.* II. 611. *pr. pr. excl. syn.*

?R. davurica *Pall. Lindl. ros.* 32.

†††† ***stictophylla, foliolis subtus glandulosis duplicato-simpliciterque dentatis.***

(lusus: foliolis ovato-subrotundis.)

g. R. rugosula Sw., alabastris globosis pedunculisque solitariis glabris, foliolis ovato-subrotundis subtus pallido-glaucescentibus stipulisque pulveraceo-glandulosis utrinque tomentoso-pubentibus, ramis ramulisque aculeis rectis teretibus infestis, trunco humili.

R. rugosula ! *Sw. in herb. amic. Gayii.*

R. mollis var. ! *Sw. in lit.*

R. villosa *Linn. fl. suec. teste Sw.*, an quoque *Wahlenb. upsal.* 171. *ob sepala fere semper integra et simplicia?*

(lusus: foliolis obovato-oblongis.)

(foliolis majoribus.)

h. R. Gayiana, alabastris globosis majusculis pedunculisque solitariis stipitato-glandulosis basi stipulis bracteiformibus munitis, foliolis ovatis in basin fimbriato-glandulosam declinatis repetito-acuteque dentatis subtus glaucescentibus petiolisque pulveraceo-glandulosis, aculeis ramulorum patentium ramorumque substipularibus rectis acicularibus productis.

R. villosae var. pyrenaica ! *Gay.*

(foliolis minoribus.)

R. villosa *δ. Hook. in herb. G.*

(lusus: foliolis oblongo-lanceolatis.)

i. R. Fischeri, alabastris ovato-subglobosis pedunculisque solitariis glabris, foliolis oblongo-lanceolatis simpliciter-crenulatoque denticulatis

subtus glandulosis petiolisque sericeo-pubentibus, ramis strictis vernicoso-purpurascentibus, aculeis rectis teretibus substipularibus.

(foliolis angustioribus cum reliquis partibus et dentibus imminutis.)

R. stricta ! *Fischer in herb. amic. Gay. ex frutice dahurico, excl. syn. Lindl.*

R. Willdenowii *Spreng. syst.* II. 547.

R. microphylla *Willd. in herb.*

?R. arenaria *Steven et M. Bieb. in lit.*

** *trachyphloea, ramulis ex glandulis breviter stipitatis rigidis asperis, sine pube interspersa.*

(lusus amphisticticus.)

k. R. pulverulenta M. Bieb., alabastris e basi subglobosa in collum tenuatis, pedunculis brevibus bracteatis cum sepalis integris ramulisque nudis, glandulis breviter stipitatis asperis adspersis, foliolis subrotundis utrinque glandulosis, ramis aculeis rectis aculeolisque horridis illisque delapsis cicatriculis bullosis inscriptis.

(trunco pygmaeo, digitali, dodrantali.)

R. pulverulenta ! *M. Bieb. cauc.* I. 399. *(ex mont. Nartsanensibus in consortio R. majalis eriophyll.) in herb. cl. Link. — Lindl. ros.* 93. *Tratt. syn.* II. 79. *pr. pr. Sering. in DC. prodr.* II. 617. *excl.* var. *β.*

*** *eriophloea, ramulis nonnisi cum reliquis partibus pube tomentosa vestitis.*

(var. stictophylla, praeter ramulorum pubem cum R Gayiana exacte congruens.)

l. R. Biebersteinii, alabastris oviformibus pedunculisque solitariis stipitato glandulosis basi sti-

pulis bracteiformibus munitis, foliolis ovatis in basin fimbriato-glandulosam declinatis repetito-acuteque dentatis subtus glaucescentibus petiolisque inermibus pulveraceo-glandulosis, ramulis pubenti-tomentosis cum glandulis aculeolisque innocuis intermixtis, ramis demum denudatis bulloso-cicatrisatis aculeis rectis aciculari-bus substipularibus sparsisve infestis, trunco elato.

R. praecox *Loddig. cat. apud Lindl.* l. l.

R. pulverulentae var. elatior ! *M. Bieb. cauc.* III. 344.. *centur. pl. rar. ross.* II. tab. 162. *(a R. pulverulenta pygmaea longe distat).*

m. R. camtschatica Vent., alabastris globosis pedunculisque solitariis glabris stipulis bracteiformibus bracteisve munitis, foliolis obovatis ovatisque inciso-dentatis basi integerrimis superficie variis saepius cum ramulis praeter aculeos rectos aciculares substipulares aculeolis innocuis horridis.

(frutex spontaneus dubius, R. maj. davuricae et pulverulentae congener.)

R. kamtschaticae specimen *in locis saxosis Camtsch. a Nelsone lectum, in herb. Banks.*

(frutices sativi cultu omnino immutati.)

(lusus eriophyllus.)

a. infestus, alabastris pedunculisque glabris, foliolis trijugis obovatis obtusis acutisve praeter basin inciso-dentatis subtus petiolisque inermibus pubentibus, ramulis tomentosis aculeolisbrevibus horridulis, ramis similibus eorumque cicatriculis praeter aculeos substipulares aciculares infestis.

R. kamtschatica *Vent. Cels.* tab. 67. *Ait. kew.* ed.

II. III. 259. *Pers. ench.* II. 47. *Nouv. Duham.* VII. 21.; var. *α. Sering. in DC. prodr.* II. 607. ! *hort. hal.*, ! *Waitz in lit. aliorumque.*

(lusus stictophyllus, omnibus partibus majoribus s. maximis.)

β. horridus, alabastris maximis pedunculisque glabris pubentibusve, foliolis 4—5 zygis obovatis, ovatis subrotundisve constipatis supra rugosis subtus exarato-nervosis glandulosis petiolisque validis aculeatis pubentibus subsimpliciter-inaequaliterque dentatis, ramulis turionibusque tomentosis ex aculeis aculeolisque horizontaliter-patentibus simul vestitis undique inhorrescentibus.

(lusus leiocephalus, alab. nonnisi maj. pruniformibus.)

R. echinata ! *Dupont in lit.*

R. rugosa *Tratt. syn.* II. 116. *excl. syn. Thunb.*

R. kamtschatica *Redout. ros.* I. 47. *Thor. prodr.* 45. *excl. syn. Vent. et Thunb.* et ! *aliorum hort. gallic.* ! ; var. *β.* ferox *Sering. in DC. prodr.* II. 607. *nec M. Bieb.*

R. ferox *Lawr. ros.* t. 42. *R. Brown. in Ait. kew.* ed. II. III. 262. *Roess. oek.* II. 50. *Andr. ros. fasc.* 22. *Lindl. in Edward bot. reg.* tab. 420.; *ros.* 3.

(lusus eriocephalus, alab. pedunculisque pubentibus.)

R. pulverulenta *Lyell teste Lindl.*

R. pulverulenta *β.* eriocarpa *Sering.* l. l.

(lusus leiophyllus, foliolis glabris.)

R. kamtschatica *γ.* nitens *Lindl. in bot. reg.* tab. 824. *Sering.* l. l.

Hab. stirps amplissima per Europam integram et ad Asiam septentrionalem usque excurrit utrobique

satis pervulgata, in variis tractibus autem locos occupat plane dissimiles, modo alpinos (v. c. in Sibiria, Tauria et Helvetia), modo promontoria saxosa aprica (ad Caucasum, in Camtschatca), modo fluviorum ripas udas (in Lapponia, Suecia, Helvetia, in agro hannoverano), modo colles gypsaceos (in agro thuringiaco) eligit nec hos unquam relinquit; secundum locorum et climatis varietates autem miram jactat partium mutabilitatem et habitum varium ita plane induit et concinnat, ut formae concolores s. chlorophyllinae in Sibiria (*Gmel. Pall. Falk, Sw.*); discolores s. glauco-leiophyllinae in alpibus europaeis, helveticis (*Scheuchz. Hall.*), austriacis (*Jacq. Wulff.*), pedemontanis (*Vill. Bellard.*); eriophyllinae in Germania (*auctor*), Gallia (*DC. Gay*), Anglia (*Sm. Hook.*), Dania (*Müll. Hornem.*) Suecia (*Linn. Sw. Fr.*) et Tauria (*M. B.*); eriophloeae denique in regionibus caucasicis et camtschaticis (*Nels. M. Bieb. Stev.*) laetari et per trachyphloeas cum leiophloeis promiscue intercurrentibus concurrere videantur. Monstrum polypetalum (R. foecundissima M.) cultu mutatum *J. Bauhino* in tractu burgundico, *Jacquino* monente in idriaco sublatum, *Clusio* teste e Styriae alpibus in hortos proceriorum transiit et ex his iterum aufugum in sepes transmigravit, in quibus antea exsul per Thuringiam (*Rupp.*), Hassiam (*Cainer.*), Daniam (*Vahl*), Belgium (*Hoffm.*), Lusitaniam (*Brot.*), Helvetiam (*Schl.*), Galliam (*Lam.*) nunc tamquam spontaneum provenit et in rusticorum deliciis est, rectius autem cum *Herrmanno* pro adveno frutice consideratur. Fl. Majo mense; alabastros maturat Septembr.

15. Rosa blanda Ait.

R. alabastris suboviformibus demum globosis fusco rubris, sepalis simplicibus lanceolatis infra apicem lingulatum attenuatis porrectis, pedunculis subcorymbosis bracteas ovatas ventricosas subaequantibus, foliis polyzygis, foliolis obovatis oblongisque inaequaliter-inciso serratis basi declinata integerrimis opacis utrinque glaucescentibus, stipulis amplexicauli-vaginantibus, ramulis hornis pallide-viridibus, annotinis splendentibus sanguineis saepius roridis, trunco elato ramulisque inermibus, his et turionibus nonnisi aculeolis eraticis infestis.

a. R. fraxinifolia, alabastris demum subglobosis fusco-rubris, foliolis obovatis basi declinata integerrimis subtus s. utrinque glaucescentibus inciso-serratis, trunco frondibusque subinermibus.

α. *mitis, frutice primitus s. deinceps inermi.*

° *rhodantha, fl. intense roseis.*

R. alpina laevis *Redout. ros.* I. 57. tab. 19.

R. blanda α. *Jacq. fragm.* 70. tab. 105.

R. fraxinifolia *Borkh. Holzart.* 801. *Gmel. bad.* II. 413. *Ker in bot. reg.* tab. 458. *Sering.*

mélang. I. 33.; *mus. helvet.* I. 23; var. *α. in DC. prodr.* II. 606. *Tratt. syn.* II. 196. *Lindl. ros.* 26.

R. glauca et R. cinnamomea *hort. gall.*

R. virginiana *Mill. dict.* no. 10.

Labrador R. — Hudsonsbay Rose *Angl.*

R. élégant. R. à feuilles du frêne *Gall.*

°° *leucantha, fl. albulis.*

R. cinnamomea ζ. blanda *Thor. prodr.* 57.

°°° *variegata, fl. variegatis.*

R. alpina fl. variegato *Redout. ros.* II. 55.

R. fraxinifolia β. variegata *Sering. in DC. prodr.* II. 607.

β. *infesta, frutice aculeis rariter dispersis persistentibus subinfesto.*

R. blanda *Ait. kew.* II. 202. *Willd. sp. pl.* II. 1065. *Lindl. ros.* 25. *Tratt. syn.* II. 151.

R. Solandri *Tratt. syn.* II. 150.

b. R. sorbifolia, alabastris globosis phoeniceis, foliolis oblongis utrinque aequalibus acute-dentatis basi integerrimis, trunco frondibusque subinermibus.

R. corymbosa ! *Bosc dict. Desf. cat.* 172. *Poir. dict. suppl.* IV. 715. *Tratt. syn.* II. 209.

(subspecies ex R. indicae nuptiis hybrida.)

c. R. Heritierana Thor. cf. supra pag. 106.

Hab. in Americae septentrionalis ora occidentali (*Menzies*), sinu Hudsonis et Terra nova, et extorris quidem nunc *Banksii* studio in hortis anglicis, nostris et adfinibus civitatem tulit.

16. Rosa moschata Gesn.

R. alabastris demum oviformibus in basin tenuatis parvulis oligostylis coccineis, stylis columnaribus exsertis, sepalis lanceolato-linearibus ecostatis integris tribusve obsolete appendiculatis sensim in apicem excurrentibus reflexis demum deciduis, pedunculis elongatis saepius corymbosis iisque bracteis linearibus oppositis illosque articulatim intercipientibus munitis caducis cum ramulis superficie variis, foliolis ovatis simpliciter dentatis, stipulis retractis e basi dilatata tenuatis integris in auriculas acuminatas finientibus, trunco erecto in ramos patentes protenso, aculeis sparsis conformibus conicis rectis.

A. concolor; foliolis utrinque concoloribus, rigidioribus plerumque cum ramulis aculeatis glabris et perennantibus.

† *leiophylla, foliis glabris.*

* *leucantha, floribus albulis.*

a. R. abyssinica R. Br., alabastris oviformibus eriostylis pedunculisque subcorymbosis sericeo-tomentosis, sepalis ovatis integerrimis, foliolis

obovatis in petiolum brevem tenuatis remote-dentatis concoloribus rigidis perennantibus utrinque petiolisque aculeato-glandulosis glabris, trunco in ramos sarmentosos protenso, his ramulisque nudis aculeis conicis horridulis.

R. abyssinica *R. Brown in Salt. abyss. append.* 64. *Lindl. ros.* 116. tab. 13. *Sering. in DC. prodr.* II. 599. *Tratt. syn.* II. 99.

b. R. Leschenaultiana Red., alabastris oviformibus pedunculisque glandulosis, foliolis ovato-lanceolatis, ramulis petiolisque aculeatis rore violaceo suffusis, trunco in ramos longissimos deliquescente.

R. sempervirens γ. Leschenaultiana *Redout. ros.* III. 87. *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

c. ? R. aegyptiaca; dubia et potissimum ex synonymis notabilis, denuo indaganda.

R. canina τ. aegyptiaca *Sering. in DC. prodr.* II. 614.

R. indica *Forsk. itin.* 113.

(subspecies ex hujus et R. indicae nuptiis.)

d. R. Noisettiana Bosc. Cf. supra pag. 108.

** *eriophylla, foliis subtus pubentibus.*

e. R. arborea Pers., alabastris globosis, foliolis ovatis coriaceis subtus petiolisque pubentibus, trunco procero subarborescente.

R. Brunonii δ. arborea *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

R. sempervirens arborea moschata *Dupont.*

R. arborea *Pers. ench.* II. 50. *Bosc nouv. cours*

d'agric. II. 258. *Lindl. ros.* 141. *Pronv. mon.* 138.

B. discolor; foliolis subtus discoloribus pallentibus ideoque facile pubentibus, ramulis nunc nudis nunc sericeo-villosis.

* *leiophloea, ramulis nudis.*

f. R. Opsostemma Ehrh., alabastris subgloboso-oviformibus, petalis obovatis in unguem declinatis, sepalis lanceolato-linearibus conformibus in apicem sensim excurrentibus, tribus exterioribus plerumque appendiculatis dorso pedunculisque elongatis corymbosis subarticulatis sericeo-tomentosis, foliolis ovatis irregulariter-dentatis membranaceo-constipatis subtus discoloribus, trunco ramisque assurgentibus ramulisque nudis, aculeis conicis teretibus infestis.

* *leucantha, petalis corollae albulis.*

° *pentapetala, floribus simplicibus.*

(lusus leiophyllus: foliis glabris.)

R. moschata fl. simplici *Garid. hist.* 406. ! *Waitz in lit. DC. gall.* IV. 447. *(ob fol. glabra, saturate viridia;)* var. nudiuscula *Lindl. ros.* 122. 406.

R. sempervirens *Dupont choix* 5.

R. muscata alba *Tabernaem. hist.* 1494. fig. 4. *(pedunculis corymb. glandulosis.)*

(lusus eriophyllus: foliis pubentibus.)

R. moschata *Mill. dict.* no. 13. *Desf. atl.* I. 400.; var. alba simplex *Lüder. Jonst. dendr.* tab. 107. f. 9., var. *α. Thor. prodr.* 139. *Redout. ros.* I. 33. *Lawr. ros.* tab. 64.

R. moschata minor fl. simplici *Bauh. hist.* II. 45. *Bauh. pin.* 482. *Chabr. stirp.* 107. f. 4.

R. moschata fragrans *Gesner hort. germ.* 170.

R. sera s. auctumnalis *auct. med. aet.*

R. cyrenaica *Plin. H. N.* XXI. 4. *Cf. supra pag.* 9.

°° *polypetala, floribus polypetalis flaccis simulac ceratostylis; petalis obovatis, interioribus spathulatis in ungues teretiusculos tenuatis.*

R. moschata *Mill. dict.* no. 13. *Ait. kew.* II. 207. *Willd. sp. pl.* II. 1074. *Pers. ench.* II. 49. *Lawr. ros.* tab. 53. *Jacq. schoenbr.* III. 16. tab. 280., *fragment.* tab. 31. 34. *Du Roi harbk.* II. 365. *Roess. oek.* I. 101. *Redout. ros.* I. 99. *Thor. prodr.* 139. *Lindl. ros.* 121. *Sering. mélang.* 34., *decad.* n. 4., *in DC. prodr.* II. 598. *Tratt. syn.* II. 95.

R. moschata fl. pleno *Tournef. inst.* 637. *C. Bauh. pin.* 482.

R. moschata minor fl. pleno *J. Bauh. l. l. Chabr.* l. f. 5. *Tabernaemont. hist.* 1495. f. 1.

Rosier musqué; R. muscade *Gall.*

Bisam R.; Moschus-Rose *Germ.*

** *rhodantha, floribus dilute roseis majoribus et minoribus.*

R. moschatae var. rosea *Dum. de Cours apud Thor. prodr.* 139.; var. *β. Sering. in DC. prodr. l. l.*; var. nivea *bot. reg.* tab. 861. var. rubicans *Du Roi et Roess. l. l.*

R. nivea *Dupont test. Sering.*

†† *eriophloea, ramulis pubentibus.*

* *eriophylla, foliolis utrinque pubentibus.*

g. R. viticulosa, alabastris ovato-oblongis petalisque obverse-cuneatis parvulis, stylis paucissimis glabris columnaribus, sepalis lanceolato-linearibus acuminatis integerrimis pedunculisque brevibus solitariis sericeo-tomentosis, foliolis ovatis parvulis parce-obtuseque dentatis utrinque cum ramulis sertaceis brevibus 1—2 floris pubentibus, trunco in ramos vitigineos gracilescente.

R. ?flor. albis ex tribu systyl. *Gay in herb.*

** *stictophylla, foliis inter pubem glandulosis.*

h. R. Brownii Tratt., alabastris ovato-oblongis, sepalis lanceolatis integerrimis in mucronem tenuatis pedunculisque subcorymbosis sericeo-tomentosis, ramulis floriferis foliolisque oblongo-lanceolatis remote-dentatis subtus cum glandulis interspersis pubescentibus, trunco ramisque validis aculeis reduncis infestis.

R. Brownii *Tratt. syn.* II. 96.

R. Brunonii *Lindl. ros.* 120. tab. 14. *Sering. in DC. prodr.* II. 598. *excl. var.*

R. pubescens *Roxb. in lit. teste Lindl.*

Hab. stirps, varietatum alio die inclarescentium mater feracissima, in India orientali et praeprimis in Persiae et Nepaliae lucis abundat, ex quibus ante plura secula usus domestici et medici gratia in hortos recepta et per tractus orientales *(Desf.)*, Hispa-

niam (*Quer*), Maderam (*Staunton*) et circa annum 1590 per Galliam australem (*Garidel, Bridel*) tam laete divulgata est, ut in illis regionibus et in Helvetia (v. c. ad lacum thunensem teste *cl. Seringeo*) nunc ex hortis aufuga tamquam indigena vigere videatur. Fl. Junio mense usque ad serum auctumnum vel hyemem ineuntem (*Tabernaem.*), apud nos vero alabastros maturare non solet.

17. Rosa multiflora Thunb.

R. alabastris ovato-subglobosis parvulis, sepalis ovato-oblongis abrupte mucronatis integerrimis reflexis demum deciduis, tribus exterioribus sensim acuminatis obsolete appendiculatis, pedunculis elongatis subcorymbosis bracteis ovatis acuminatis subjectis illosve articulatim intercipientibus munitis, his illisque nonnisi ipsis ramulis villoso-pubentibus, stylis paucis columnaribus porrectis, stipulis oblongis inciso-dentatis subpectinatis cum auriculis acuminatis patentibus, foliolis ovato-oblongis hinc deliquescentibus simpliciter-crenato-dentatis subtus discoloribus petiolisque sericeo-pubentibus, trunco debili viticuloso in ramos vitigineos plurimos deliquescente, aculeis aduncis brevibus infesto.

† *eriophylla, foliolis subtus petiolisque sericeo-pubentibus.*

* *leucantha, floribus albulis pentapetalis.*

a. R. Thunbergiana Tratt., alabastris oviformibus pedunculisque inermibus (paniculatis *Thunb.*) villoso-pubentibus, foliolis ovatis supra viri-

dibus subtus discoloribus sericeo-tomentosis, trunco erecto.

R. Thunbergii *Tratt. syn.* I. 86.

R. multiflora *β.* Thunbergiana *Redout. ros.* II. 70. *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

R. multiflora *Thunb. japon.* 214. *Thor. prodr.* 35.

** *rhodantha, floribus dilute roseis.*

° *pentapetala, corollis pentapetalis.*

R. diffusa *Roxburgh in lit. teste Lindl.*

°° *polypetala, floribus plenis poly-ceratostylis.*

b. R. florida Poir., alabastris obovato-turbinatis parvulis demum incassis stylos corniculatos villosos laxos sustinentibus, sepalis ovatis obsolete appendiculatis galeros subrotundos subaequantibus, pedunculis elongatis corymbosis villosis basi mediotenusve bracteis ovatis abrupte acuminatis incisis articulatim interceptis caducis, foliolis ovato-oblongis crenato-dentatis subtus discoloribus sericeo-tomentosis, stipulis pectinatis, trunco in ramos vitigineos protenso iisque obruto.

α. micrantha, floribus plenis ranunculiformibus cum foliolis imminutis saturatius dilutiusve roseis.

R. Roxburghii *hortul.*

R. florida *Poir. encycl. suppl.* IV. 715.

R. multiflora *Tratt. syn.* I. 84. *Andr. ros. fasc.* 16. *Nouv. Duham.* VII. 28. fig. 17.; var. *γ.* carneà *Thor. prodr.* 36. *Redout. ros.* II. 67. *Lindl. in bot. reg.* tab. 425.; *ros.*

119. *pr. pr. Sims bot. mag.* tab. 1059. *Allg. T. Gart. Mag.* 1816. p. 218. tab. 24.; 1822. p. 8. (de cultura). *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

R. multiflore carnée: multiflore à bouquets; à feuilles de ronce *Gall.*

Bramble flowerd chinese Rose *Angl.*

β. macrantha, floribus plenis intensius roseis cum foliolis majoribus.

R. Thoryi *Tratt. syn.* I. 85.

R. multiflora δ. platyphylla *Redout. ros.* II. 69. *Thor. prodr.* 86. *Sering. in DC. prodr.* II. 588.; var. purpurea *Allg. T. Gart. Mag.* 1820. tab. 8.; var. 3. rubra *Pronv. mon.* 180.

Hab. stirps minus bene nota et more reliquarum versipellis in Japonia (*Thunb.*), China (*Staunt.*) et in Nepalia (*Lyell, Lambert*). *Thomas Evans* hortis anglicis 1809 primum tribuit, ex quibus per Galliam et Germaniam divulgata est. Fl. Jun. Jul., nec flores polypetali alabastros maturos praestant.

18. Rosa scandens Mill.

R. alabastris demum subglobosis oviformibusque parvulis oligostylis phoeniceis, stylis columnaribus longitudine, superficie et dispositione variis, sepalis ovatis enerviis conformibus, tribus abrupte-mucronatis, duobus sensim acuminatis saepe obsolete-irregulariterque appendiculatis*) galeros subrotundos occludentibus demum patentireclinatis deciduis, pedunculis elongatis muricato-glandulosis coloratis erectis, solitariis cum ramulo deliquescentibus bractea una alterave subjecta munitis, plurimisve subcorymbosis bracteis acuminatis illos articulatim interceptis, foliolis ovatis oblongatisve simpliciter-mucronatoque dentatis superficie et consistentia variis, trunco in ramos vitigineos producto sarmentoso aculeis conicis conformibus basi solutis sparsis infesto.

*) Recte jam *Herrmannus* (*ros.* 11.) „calycis laciniae interdum plane integrae, interdum autem exiguis appendicibus instructae, sed nunquam adeo evidentibus, copiosis et ramosis, quales in calycibus divisis.“ Item de antecedentibus Rosis, stylis columnaribus insignibus valet.

A. discolor; foliolis subtus ex pallore emerso discoloribus, quoad figuram, consistentiam et superficiem variis, suo tempore deciduis, petiolis plerumque aculeatis; stylis longitudine et superficie variis, modo elongatis in columnam subcylindricam gracilem glabriusculam ex disco conico exsertam dispositis et stamina subattingentibus, modo brevioribus nec cum staminibus comparandis.

* *leucantha, petalis albulis.*

a. **R.** arvensis Linn., alabastris globosis oviformibusque inermibus, stylis columnaribus glabriusculis porrectis, sepalis ovatis abbreviatis subintegris abrupte mucronatis subconformibus, pedunculis muricato-glandulosis glabrisve solitariis s. subcorymbosis bractea subjecta interjectaque auctis, foliolis ovatis acutiusculis divergenti-remoteque dentatis subtus pallentibus, trunco vario nunc in ramos sarmentosos depressos flagelliformes repentesve deliquescente, nunc assurgente, aculeis conicis validis infesto.

° *leiophylla, foliis glabris.*

a. subrotunda, alabastris subrotundis.

(lusus pauciflorus: pedunculis solitariis geminisve.)

R. hybrida ! *Schleich. in centur. pr. pr.*

R. alba *Reit. et Abel Holzart.* tab. 62.

R. repens *Gmel. bad.* II. 418. *Willd. enum.* 547. *Jacq. fragm.* tab. 104. *Rau enum.* 40. *Schult. oestr. Fl.* II. 75. *Roess. oek.* I. 163.

R. serpens ! *Wibel werth.* 265.

R. procumbens *Dicks. teste Sering.*

R. canina β. sylvestris ! *Roth germ.* II. 560.

R. arvensis *Willd. sp. pl.* II. 1066. *excl. syn. Oed. Schult. oestr. Fl.* II. 75. *Baumgart. transs.* II. 48.; var. uniflora glabra *Sering. mélang.* 5. ! *decad.* no. 1.

R. Halleri *Krock. sil.* II. 150.

R. sylvestris *Poll. palat.* II. 51. *Roem. Arch.* I. 33. *Roth catal.* I. 59.

R. candida *Scop. carn.* I. 354. *Ehrh. Beytr.* II. 170.

R. Herporhodon *Ehrh. Beytr.* II. 71. *Borkh. Forstbot.* II. 1312.

R. sempervirens *Roess. ros.* t. 32.

R. arvensis albae cognata *Jonst. dendr.* t. 111. f. 1.

R. calycibus semipinnatis, caule aculeato diffuso, ramis unifloris *Scop. carn.* ed. I. p. 587.

R. foliis et fructibus laevibus, calycis foliolis divisis, albo flore *Hall. enum.* 349.

R. spinis recurvis, foliis glabris septenis, calycibus tomentosis, segmentis subpinnatis, tubis longis barbatis *Hall. hist.* II. 244.

R. campestris repens alba *C. Bauh. pin.* 484.

R. sylvestris fructu glabro, flore penitus albo *J. Bauh. hist.* II. 244.

R. sylvestris minor flore albo *Raj. syn.* 455.

R. sylvestris asperior candida *Fuchs.* 656.

R. sylvestris candida *Trag. Kreuterb.* 106.

(lusus multiflorus: pedunculis subcorymbosis basi mediotenusve bracteis munitis s. articulatim interceptis.)

R. glauca *Dierb. heidelb.* 140.

R. ovata ! *Lejeun. spad.*

R. scandens !*Moench weis.* 118. *Roess. oek.* I. 208. *nec Mill.*

R. fusca *Moench meth.* 688. *excl. syn.* R. *sempervir.*

R. umbellata *Mattuschk. sil.* no. 467.

R. dibracteata !*Prost in lit. nec Lém.*

R. rampant *Reyn. act. Laus.* 1784. I. 69. t. 5.

R. arvensis *Linn. mant.* II. 245. *Huds. angl.* 219. *engl. bot.* tab. 188. *Smith brit.* II. 538. *DC. gall.* IV. 438. *Lawr. ros.* tab. 80. *Hoffm. germ.* II. 228. *Guimp. deut. Holzart.* I. 126. tab. 95. *Woods in act. Linn. soc.* XII. 232. *Ait. kew.* III. 259. *bot. mag.* tab 2054. *Pohl bohem.* I. 169. *Vill. delph.* III. 548. *Krock. sil.* II. 141. *Redout. ros.* I. 90.; var. globosa et ovata *Thor. prodr.* 134. *Lindl. ros.* 112. excl. syn. *β.* et *γ.* var. multiflora !*Sering. mélang.* 49. *decad.* no. 45.; var. *α.* vulgaris *id. in DC. prodr.* II. 597. *DC. gall.* V. 45. *Tratt. syn.* II. 103.

Rosier rampant *Gall.*

Kriech, — Schlangen, — Feld-Rose *Germ.*

(lusus rotundifolius: foliolis subrotundis.)

R. arvensis *δ.* obtusata *Sering. in DC. prodr.* II. 597.

β. ovata, alabastris oviformibus ellipticisve.

R. controversa !*Lém. in herb. amic. Gay.*

R. stylosa !*Mérat par.* 192 !*Lém. in lit.*

R. arvensis *β. DC. gall.* IV. 438. V. 533.; var. *δ.* glabra à tubes ovoides *Thor. prodr.* 134.

R. serpens !*Ehrh. arbor.* 35.

R. repens *Scopol. carn.* I. 355.

R. sylvestris *Herrm. ros.* 11.
(monstrum polypetalum: floribus majoribus.)

R. arvensis var. 5. maxima *Pronv. mon.* 117. 180.

?R. sylvestris fol. glabris, fl. pleno albo *J. Bauh. hist.* II. 44.

°° *ertophylla, petiolis foliolisque subtus s. utrinque pubentibus.*

R. arvensis var. foliis pubescentibus !*Perret in herb. am. Gay*; var. β. pubescens *Desv. journ.* 1813. *excl. syn. Vill.*

°°° *stictophylla, foliis subtus glandulosis.*

R. stylosae var. γ. glandulosa *Sering. in DC. prodr.* II. 599.

R. rubiginosa !*auct. quorumd.*

(Forsan subspecies ex R. Cynorrhodi glaucescentis nuptiis hybrida, a qua habitum erectum, procerum, foliolorum amplitudinem, petalorum rosam debilem, stylorum solutorum et sepalorum difformium aberrationes promiscuae intercurrentes sustulit.)

** *rhodantha, petalis dilute-roseis.*

b. R. dibracteata Bast., alabastris oviformibus pedunculisque validis subcorymbosis glanduloso-muricatis bracteis oblongis munitis interceptisve, stylis dispositione et longitudine variis, sepalis ovatis sensim abrupteve mucronatis parce-repetitove appendiculatis, foliolis ovatis acute-incisoque dentatis abrupte-mucronatis constipatis superficie variis, trunco robusto ramisque assurgentibus aculeis conicis sparsis infestis.

° *leiophylla, foliis glabris, majoribus et minoribus.*

(*lusus mega-brachystylusve cum sepalis inter se subconformibus, in variis fruticibus promiscue intercurrentes.*)

R. dibracteata ***Bast.*** ! ***in lit.*** 1816. 1819.; var. *α.* ***DC. gall.*** V. 587. ***pr. pr.*** ***Tratt. syn.*** II. 46.

R. arvensis *γ.* bibracteata ***Redout. ros.*** I. 90. ***Thor. prodr.*** 135. ***Sering. in DC. prodr.*** II. 597.

?R. sylvestris var. carnea ***Herrm. ros.*** 11.

°° ***eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus, majoribus et minoribus.***

(*lusus homoeosepalinus: sepalis subsimplicibus.*)

α. microphylla, foliolis duplo minoribus.

R. dibracteatae var. nova foliis minoribus ! ***Bast. in herb. am. Gay.*** 1819. ***DC. gall.*** V. 537. ***pr. pr.***

(*lusus heterosepalinus: sepalis appendiculatis compositorum aemulis.*)

β. macrophylla, foliolis lato-ovatis centim. 5 longis, 3½ latis.

R. dibracteata ! ***Bast. in lit.*** 1818.

°°° ***stictophylla, foliolis tenuiter pubentibus subtus s. utrinque glandulosis.***

a. R. foetida Bast., alabastris oviformibus majusculis pedunculisque solitariis stipitato-glandulosis, stylis brevibus solutis, sepalis parce-appendiculatis dorso glandulosis, foliolis ovatis acutis subtus pallentibus inciso-duplicato-dentatis subtus glandulosis, trunco ramisque assurgentibus aculeis sparsis infesto.

(*lusus hyposticticus: foliolis subtus glandulosis.*)

R. foetida ! *Bast. suppl.* 29. *DC. gall.* V. 534. *excl. syn. Jacq. Redout. ros.* I. 131.

R. collina λ. foetida *Thor. prodr.* 72.

(lusus amphisticticus: fol. supra strigosis s. utrinque glandulos.)

R. foetida ! *Bast. in herb. amic. Gay.* 1819.

B. concolor; foliolis opaco-nitentique virentibus, subtus praeter pilos internervios et palloris vestigia faciei inferiori propria, concoloribus, figura et superficie variis, semper tamen tenacius constipatis, deciduis vel quoque hibernantibus.

† *aestivans, foliis suo tempore deciduis.*

(subspecies forsan ex R. Cynorrhodi herbescentis nuptiis, cum antecedente comparanda.)

d. R. leucochroa Desv., alabastris subrotundis s. oviformibus pedunculisque subcymosis muricato-glandulosis glabrisve, stylis dispositione et longitudine variis, sepalis ovatis conformibus in apicem productis appendiculatisque, foliolis ovatis constipatis sensim acuminatis utrinque concoloribus superficie variis, trunco robusto, ramis ramulisque assurgentibus aculeis sparsis infestis.

* *leiophylla, foliis glabris.*

° *alabastris subrotundis.*

(lusus megastylus: stylis porrectis columnaribus.)

R. leucochroa ! *Desv. journ. bot.* 1809. p. 316.; 1813. p. 113. tab. 15. *DC. monsp.* 138. *Loisel. notic.* 80. *Poir. encycl. suppl.* IV. 170.

R. stylosa β. leucochroa *Sering. in DC. prodr.* II. 599.

(lusus brachystylus: stylis subsolutis brevioribus.)

R. brevistyla leucochroa *Redout. ros.* I. 91.

R. brevistyla *α. β. γ. DC. gall.* V. 537. *Thor. prodr.* 139. *Tratt. syn.* II. 47.

R. collina *Sm. engl. bot.* tab. 1895.

R. systyla ! *Bast. suppl.* 31. ! *Woods in act. Linn. soc.* XII. 280. *Link Jahrb.* I. 447. *Lindl. ros.* 111. cum var. *β.* et *γ.*

°° *alabastris oviformibus sepalis appendiculatis coronatis.*

(lusus brachystylus.)

R. alba ! *Bast. ess.* 189.

R. caninae var. alba *DC. gall.* V. 538.

R. rustica ! *Léman not.* 11. no. 28.

R. collina ! *Bast. journ. d. sc. phys.*

R. sempervirens ! *Bast. in lit.*

R. sylvestris folio glabro, flore plane albo *J. Bauh. hist.* II. 44.

(lusus: pedunculis nudis.)

R. hispidula ! *Bast. in herb. amic. Gay.*

* *eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.*

R. stylosa ! *Desv. journ. bot.* 1809. II. 317.; 1813. p. 113. tab. 4. *DC. gall.* V. 536. *Thor. prodr.* 135.; var. *α.* Desvauxiana *Sering. in DC. prodr.* II. 599. *excl. syn. Sm. — nec Mér.*

*** *stictophylla, foliolis subtus glandulosis.*

R. Hystrix ! *Léman not.* 10. no. 19.

R. pisifera ! *Leman in herb. am. Gay.*

†† *hibernans, foliis sempervirentibus coelo et climatis ratione faventibus.*

e. R. fastigiata Bast., alabastris oviformibus pedunculisque corymbosis stipitato - glandulosis basi mediotenusve bracteis lanceolatis acuminatis auctis, stylis porrectis clavato - columnaribus, sepalis ovatis abrupte - mucronatis conformibus parceve appendiculatis, foliolis ovato - oblongis acuminatis cuspidato - dentatis petiolo brevi innixis coriaceis utrinque concoloribus glabris nonnisi perennantibus, trunco robusto in ramos ramulosque assurgente, aculeis conicis reduncis infesto.

R. fastigiata ! *Bast. suppl.* 30. *DC. gall.* V. 335. *Poir. encycl. suppl.* IV. 711. *Tratt. syn.* II. 3.

R. umbellata ! *Libert in Lejeun. spad.* II. 313.

R. collina *Nouv. Duham.* VII. 50.

R. canina ε. fastigiata *Desv. journ. bot.* 1813. p. 114.; var. β. *Redout. ros.* II. 14. *Thor. prodr.* 70.; var. ι. *Sering. in DC. prodr.* II. 613.

f. R. prostrata DC., alabastris oviformibus pedunculisque stipitato - glandulosis, stylis columnaribus, sepalis conformibus, foliolis ovato - oblongis nitidis coriaceis perennantibus utrinque concoloribus, trunco prostrato aculeis conicis infesto.

R. prostrata *DC. cat. monsp.* 138.; *gall.* V. 336. *Redout. ros.* I. 90. *Lindl. ros.* 113.

R. arvensis γ. prostrata *Sering. in DC. prodr.* II. 595.; var. Candolleana *Tratt. syn.* II. 104.

g. R. sempervirens Linn., alabastris oviformibus demum globosis pedunculisque stipitato - glan-

dulosis submuricatis, bracteis lanceolatis acuminatis scariosis subintegris pedunculos munientibus s. intercipientibus, stylis columnaribus stamina aequantibus villosis demum rarove primitus jam glabrescentibus, sepalis ovatis conformibus in mucronem sensim desinentibus muricatis, foliolis ovato-oblongis subcoriaceis utrinque nitenti-viridibus perennantibus cuspidato-dentatis, trunco sarmentoso in ramos scandentes deliquescente aculeis conicis brevibus sparsis infesto.

* *leiophylla, foliis glaberrimis s. rigidis nitentibus.*

° *alabastris demum subglobosis.*

R. sempervirens *Linn. sp. pl.* II. 704. *Mill. dict.* no. 9. *Lawr. ros.* tab. 45. *Ker bot. reg.* tab. 459. *Ait. kew.* III. 263. *Wulff. in Roem. Arch.* III. 374. *Poir. encycl.* V. 293. *Nouv. Duham.* VIII. 26. tab. 13. f. 1. *St. Hilair.* tab. 452. *DC. gall.* IV. 446. *Smith fl. graec.* 348. tab. 482. *Savi pisan.* tab. 471. ! *Seenus Reise nach Istrien* 46. no. 7.; var. globosa *Redout. ros.* II. 15.; var. *α. δ. Thor. prodr.* 147. excl. syn. *Hoffm. et Roth.*; var. scandens *Sering.* mélang. 1. ! *decad.* no. 46., *in DC. prodr.* II. 597. *Lindl. ros.* 117. *Tratt. syn.* II. 97.

R. scandens *Mill. dict.* no. 8. *Münchh. Hausv.* V. 278. *Schrank bav.* II. 41.

R. sylvestris s. dumetorum scandens sempervirens myrtifolio lucido, fl. albo odorato, fructu rotundo parvo *Mich. cat. hort. pis.* 147.

R. moschata sempervirens *C. Bauh. pin.* 482. *Du Ham. arb.* 482.

R. sempervirens Jungermanni *Clus. hist.* II. app. alter. *J. Bauh. hist.* II. 48. *c. descript. Raj. hist.* II. 1474. *Dillen. eltham.* 326. tab. 245. fig. 318.

R. caule malvaceo, oleae foliis, mosceuton dicta *Plin. H. N.* XXI. 4.

R. Paesti *Virg. georg.* IV. 119. (*Cf. cap.* I. p. 7.) *testibus Vivian. et Woods.*

τὸ κυνόβατον *Dioscor. testibus Sibth. et Smith. contra Spr.*

Immergrüne Rose *Germ.*

Rosier toujours verd *Gall.*

(lusus ex foliolorum magnitudine et figura.)

α. ***macrophyllus, foliolis solito majoribus.***

R. sempervirens latifolia *Redout. ros.* II. 49. *Pronv. mon.* 180. et *herb.*

R. Broteri *Tratt. syn.* II. 98.

R. scandens *Brot. lusit.* II. 341.

β. ***microphyllus, foliolis solito bis terve minoribus.***

R. microphylla *Desf. atl.* I. 401.

R. sempervirens β. microphylla *DC. hort. monsp.* 138.; *gall.* V. 533.; var. δ. *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

γ. ***rotundifolius, foliolis subrotundis.***

R. sempervirentis var. fol. rotundis ! *herb. gall.*

δ. ***longifolius, foliolis oblongo-lanceolatis.***

R. sempervir. var. tingitana ! *Salzmann in herb. amic. Gay.*

(lusus ex petalorum colore.)

ε. ***roseus, galeris purpurasc., petalis pallide roseis.***

R. sempervir. var. pallide roseo *Sering. l. l.*; var. fl. rosea !*in herb. amic. G.*

(lusus leiocephalus.)

(monstrum ex petalorum numero.)

η. ***polypetalum, floribus plenis.***

R. sempervir. var. fl. semipleno *Sering. l. l.*

oo *alabastris demum suboviformibus.*

R. sempervirens *auct. quorumd. s. laudat.*; var. β. ovoidea *Desv. journ. bot.* 1813. *l. l.*; var. γ. avec tubes ovoides-allongés *Thor. prodr.* 137.

R. atrovirens *Vivian. fragm.* 4. tab. 6.

** ***eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.***

R. sempervirentis ε. pilosula *Sering. l. l.*; var. fol. pubescentibus !*in herb. amic. Gay.*

** ***stictophylla, foliolis subtus glandulosis.***

x ***spontanea: certe exstat, nondum tamen indicata; auguror etiam formas trachyphloeas, ex spec. in herb. amic. Gayi comparatis.***

xx *domestica, fol. oblongis asperis Andr.*

R. fraxinellaefolia *Andr. ros. fasc.* 33. *Tratt. syn.* II .100.

Hab. stirps insignis ac distinctissima, olim ex formis duabus inter se habitu alieno absonis solum nota, nunc *Bastardii* et *Lémani* studio auctior, per Europam australem et forsan Africae fines appellat, ita plane divulgata, ut inter aestivantes var. arvensis a

Germania australi cis-thuringiaca inde per tractus rhenanos, guestfalicos et hannoveranos, in Bavaria, Helvetia, Gallia, Belgio, Italia et Hispania finitimisque regionibus laetari et alias sylvestres, R. Cynorrhodon praeprimis dimovere et in lucis nemorosis, versuris et sepibus, varietatum complurium, in agro pictaviensi et anjouensi sedulo investigatarum nec tamen alibi deficientium et lusuum mater feracissima abundare videatur. Var. g. sempervirens a *Linnaeo* et aliis auctoribus in Germania perperam indicata, et a cl. *Seringeo* foliis coriaceis sempervirentibus, stipulis apice subfalcatis acutioribus et stylis pilosis a R. arvensi distincta, semper tractus magis australes eligit, in Italia (*Plin.*, *Savi*, *Woods*, !*Reyn.*), Calabria (!*Thomas*), Gallia provinciali (!*Poiret*, !*Broussonet*, !*DC*, !*Gay*), Hispania (*Brotero*) et pyrenaeis orientalibus (!*Gay*), ipsaque Graecia *Sibth. Smith*,) frequentius occurrit et Rosae sylvestris cujuscunque vices agit. Fl. Junio ineunte et auctumno alabastros maturat.

19. Rosa rubifolia Lindl.

R. extorris, alabastris subglobosis pedunculisque subsolitariis glanduloso-muricatis, stylis glabriusculis columnaribus, sepalis conformibus sensim mucronatis, foliis oligozygis, foliolis ovato-oblongis remote-dentatis, trunco in ramos vitigineos deliquescente aculeis conicis infesto.

(lusus: foliolis majoribus.)

R. rubifolia R. *Brown in Ait. kew.* III. 260. *Pursh americ.* I. 345. *Poir. encycl.* IV. 714. *Lindl. ros.* 123. *Redout. ros.* III. 71. *Tratt. syn.* II. 186. *Sering. in DC. prodr.* II. 598.

(lusus: foliolis minoribus.)

R. fenestrata *Donn cantabr.* ed. 8. p. 170. *Tratt. syn.* II. 187.

R. rubifolia α. fenestralis *Lindl. ros.* 123. tab. 15.; var. γ. *Sering. in DC. prodr.* II. 599.

(? lusus: ramulis scandentibus.)

R. arvensis ε. Ayreshirea *Sering. in DC. prodr.* II. 597. (the Ayreshire Rose) *Lindl. ros.* 114.

R. capreolata *Neil in edinburg philos. journ.* III. 102.

(? lusus: sepalis appendiculatis.)

R. setigera *Mich. amer.* I. 295. *Pursh amer.* I. n. 7. *Lindl. ros.* 128. *Sering. in DC. prodr.* II. 599.

Hab. in America boreali et septentrionali *(Mass. Mich. Pursh)*, nec satis nota est.

20. Rosa vulpina Gesn.

R. alabastris e basi globosa in collum abrupte tenuatis oviformibus phoeniceis, sepalis lanceolatis difformibus sub flore nubili reflexis demum patentibus, pedunculis subgeminis gemmae oppositis parce-adpressoque pilosis ante florescentiam cernuis, inter et post illam erectis, antheris turgidis supra convexis subtus concavis basi hastato-auriculatis apice obtusiusculis integris glandula apiculatis, stigmatibus dimidiato-laceris, foliolis ovatis obovatisque simpliciter - duplicatoque dentatis saturate - virentibus subtus papulosis venarum reticulo resinoso nutritis, trunco turionibusque aculeis rectis horizontalibus horridis, ramis patentibus aculeis uncinatis infestis.

† *laeta, corollae petalis unicoloribus.*

a. R. lutea Dalech., alabastris pedunculisque inermibus, stigmatibus cum petalis corollae luteis glandulaque antherarum concoloribus, sepalis dorso stipitato-glandulosis, foliolis ovatis acutiusculis basi subintegris duplicato-glandulosodentatis glabris subtusve parce glandulosis.

R. Eglanteria *Linn. sp. pl.* 703. *Scholl. barb.* 120.; var. flore flavo *Herrm. ros.* 17. *et al. auct. indole stictophyllina decepti. Leyss. hal.* 121. *Retz observ.* I. 20. *Moench hass.* no. 418. *Roth germ.* I. 217. II. 553. *Pers. syn.* II. 47. *Krock. sil.* II. 139. *DC. gall.* IV. 437. *Redout. ros.* I. 69. *Tratt. syn.* II. 51.; var. lutea *Sering. in DC. prodr.* II. 607.

R. lutea *Dalech. Tabernaem. hist.* 1495. f. 2. *J. Bauh. hist.* II. 47. *Mill. dict.* no. 11. *Du Roi harbk.* II. 344. *Moench meth.* 688. *Willd. sp. pl.* II. 1064. *Lawr. ros.* tab. 12. *Curt. bot. mag.* tab. 663. *Ait. kew.* III. 258. *Gmel. bad.* II. 403. *Hoffm. germ.* II. 223. *Reit. et Abel Deut. Holzart.* tab. 63. *Guimp. Holzart. fasc.* 14. tab. 84. *Nouv. Duh.* tab. 14. f. 1. *Rau enum.* 157. *Poir. encycl.* VI. 289.; var. unicolor *Hayn. dendr. Fl.* 102. *Lindl. ros.* 84.

R. turcica lutea *Roess. oek.* I. 173.

R. cerea *Roess. ros.* tab. 2.

R. chlorophyllae var. unicolor *Ehrh. Beytr.* II. 69. *Roess. oek.* I. 166.

R. foetida *Herrm. ros.* 18. *All. pedem.* II. 138. *Schrank bav.* 25.

R. lutea simplex *C. Bauh. pin.* 483.

R. citrina *Dodon. pempt.* 187.

R. flava *Lob. icon.* II. 205. *Hall. hist.* II. 89. sub. no. 1103.

R. aegyptiaca *vulg. teste Tabernaem.*

R. églantier; R. jaune; l'églantier jaune *Gall.*
The single yellow. R. *Angl.*
Einfaerbige wachsgelbe Rose *Roess.* Wanzenrose *vulgo.*
Einfarbige Balsamrose *Ehrh.*
(monstrum polypetalum.)
R. chlorophylla plena *Roess. oek.* I. 170.

†† *tristis, corollae petalis ex chromatostictis discoloribus.*

b. R. punicea Rupp., alabastris pedunculisque inermibus, stigmatibus cum petalorum facie superiore puniceis glandulaque antherarum concoloribus, sepalis dorso stipitato-glandulosis, foliolis ovatis acutiusculis duplicato-dentatis glabris subtusve parce glandulosis.
R. luteae var. bicolor *Jacq. hort. vindob.* I. 1. tab. 1. *Sims bot. mag.* tab. 1077. *Lawr. ros.* tab. 6. *Ait. kew.* III. 258.; var. β. punicea *Lindl. ros.* 84. *Hayn. dendr. Fl.* 102.
R. Eglanteria β. punicea *Redout. ros.* I. 71.; var. β. bicolor *DC. gall.* IV. 487. *Tratt. syn.* II. 52.; var. δ. punicea *Sering. in DC. prodr.* II. 607.; *mélang.* 12.
R. cinnamomea *Roth germ.* I. 217. II. 554.
R. chlorophylla β. bicolor *Ehrh. Beytr.* II. 70.
R. punicea *Mill. dict.* no. 12. *Du Roi harbk.* II. 347. *Münchh. Hausv.* V. 289. *Roess. oek.* I. 170.; *ros.* tab. 5.
R. foetidae var. fl. intense coccineis *Herrm. rós.* 48. cum var. variegata.

R. punicea Cornuti II. fl. extus flammeo, interius phoeniceo *Rupp. jen.* 140.

R. turcica *hort. thuring. olim Rupp. teste.*

R. graveolens simplex, flore intus luteo, extus rubro holoserico *Volckam. norimb.* 359.

R. sylvestris austriaca fl. phoeniceo *Parkins. theatr.* 1019. c. *descr. opt.*

R. vulpina *Gesn. hort. Jonst. dendr.* tab. 110.

L'églantier ponceau; la Rose capucine; la Rose d'Autriche *Gall.*

Red and yellow Austrian R.; copper coloured Austrian Rose *Angl.*

Orangefarbige Rose *(Roess.)*; zweifarbige Balsamrose *(Ehrh.)*.

(monstrum polypetalum, petalis simul variegatis.)

R. Eglanteria Tulipa *Dup. gymn. ros.* 15.

La Rose Tulipe *Dupont.*

(proventus ex carpellis R. luteae satis, forsan stirpis primitivae rhodanthae initium.)

††† *rhodantha, petalis corollae rosam subeuntibus.*

c. R. subrubra Thor., alabastris pedunculisque parce stipitato-glandulosis, stigmatibus flavis, petalis supra lucido-rubris subtus flavescentibus, foliolis glabris glaucescentibus.

R. Eglanteria γ. subrubra *Redout. ros.* III. 73. *Sering. in DC. prodr.* II. 607. *Tratt. syn.* II. 53.

De stirpis distinctissimae quidem, potius tamen ex varietate quacunque ochrantha, nisu stictophyllino insigni, ad nos ante multos annos delata notae pa-

tria, auctores cujuslibet temporis ambigunt: Aegyptum et Alexandriam *Tabernaemontanus*, *Jonstonius* et *Gmelinus*; Italiam et apenninum montem *Camerarius*; Americam borealem *Millerus et Roessigius*; Galliam meridionalem, *Requienus*, *de Candollius*, *Mératius* et *Lindleyus*, Helvetiam et Angliam *Linnaeus*, Germaniam ipsam *Willdenowius* nominant vel pro stirpe europaea declarant, omnes tamen illam in sepibus et hortis indicant ideoque fruticem ex illis aufugum redarguunt. Fl. Majo mense et vix nisi fortuito, ob stylorum labem nisumque semet in flore multiplicandi et villum induendi, Septembri ineunte alabastros maturat.

21. Rosa Cynorrhodon Thal. (R. canina Linn.)

R. alabastris a figura subglobosa in oviformem tendentibus coccineis demum phoeniceis, stylis umbilicatis, pedunculis brevibus sepala subaequantibus basi stipulis bracteaeformibus s. mediotenus bracteis angustioribus illos intercipientibus munitis, his illisque superficie et numero varis, sepalis compositis ovato-oblongis sensim acuminatis petala subaequantibus demum patentibus inter s. brevi post alabastrorum maturationem marcescentibus, petiolis aculeatis, foliis oligozygis, foliolis a figura subrotunda sensim in lanceolatam tendentibus venarum internerviarum reticulo terso inscriptis colore, superficie et circumcisione variis, trunco elato in ramos flexuosos inconditos assurgente, aculeis basi dilatata compressis falcatis infesto rectioribusve horrido.

R. sylvestris variorum colorum, foliis glabris et hirsutis, odoris et inodoris *Rupp. jen.* 139.

R. Cynorrhodon *Thal. hercyn.* 35. *et alior. auct. fl. germ. nec veterum.*

Hund-Hecken-Zaun-Hainbutten-gemeine wilde Rose *Germ.*

Rosier des haies; R. sauvage; R. des chiens *Gall.*

A. herbescens; foliolis praeter magnitudinem macro-micro platy-et leptophyllinam in quacumque varietate subscripta promiscue intercurrentem et consistentiam nunc membranae nunc corii tenacioris instar constipatam pro varia ambitus ampliati, contracti, producti et baseos ei idoneae proportione mutuaque relatione, inter figuram subrotundam, ovatam, obovatam, oblongam lanceolatamque ambigentibus et inter hanc mutabilitatem varietati cuicunque propriam ubique inter se s. suis locis per vicissitudines redeuntibus, margine ad hanc figurae varietatem dentibus convergentibus divergentibusque, simplicibus aliisve minoribus sinui interjectis s. dorso antico inscriptis circumcisis, utrinque virore saturo dilutove, nonnisi aliquem nitorem immiscente et per utramque faciem aequaliter profuso, cum ramis ramulisque halitu rorido destitutis s. indole herbescente et intacta insignibus a glabritie, pilis huic s. utrique paginae succrescentibus et glandulis hypophyllis granulatis promiscue intercurrentibus, desciscentibus; pedunculis solitariis brevibus s. in cymam, umbellam corymbumque aggregatis iisque longioribus longitudinisque declinationem ramulorum subjectorum et bracteis angustioribus et acutioribus interceptorum ope adficientibus, more sepalorum et alabastrorum plerumque inermibus, raro cum vel sine indole stictophyllina stipitato-glandulosis; petalis mediocriter magnis, rosa debili tinctis s. plane expal-

lescentibus; alabastris praeter figurae ambiguitatem, a pisi ad juglandis molem, more stylorum numero et superficie variis, firmis brevi ante alabastrorum decolorationem sepala patentia et in fruticibus stictophyllinis serius plerumque marcescentia exuentibus.

(dentibus foliolorum simplicibus remotis ovatis divergentibus praeter basilares imminutos s. plane deficientes subaequalibus.)

a. R. coriifolia Fr., intacta, alabastris globosis erio-polystylis, immaturis sebaceo-nitentibus demum phoeniceis sepala ovata laciniato-pinnata horizontaliter-patentia exuentibus, pedunculis validis alabastros subaequantibus, foliolis ovalibus basi apiceque obtusis conformiter attractis s. leviter in basin declinatis remote-aequaliterque dentatis subcoriaceis utrinque concolori-virentibus, trunco elato in ramos ramulosque prolixos assurgente, aculeis parvis aduncis raris infesto.

† *macrophylla, fol. cent.* 3—4 *longis,* 1—2 *latis.*

* *leiophylla, foliis glaberrimis.*

R. dumetorum var. virescens ! *Bast. in herb. G.*

R. canina *δ.* nitens *Desv. journ. bot.* 1813. p. 114. *pr. pr.*

** *eriophylla, foliolis subtus petiolisque pubentibus.*

R. crassifolia ! *Wallm. in Liljebl. sw. fl.* 180.

R. coriifolia ! *Fries novit.* 33., *halland.* 85. *Sering. in DC. prodr.* II. 623.; var. cam-

pestris !*Hartm.* !*Wikstr. in herb. amic. M.*

R. collinae *γ.* coriifolia *Wahlenb. suec.* I. 315.

R. sepium !*Swartz in stumm. veget. scand.* 18. *pr. pr. nec Thuill.*

R. dumalis *Boenningh. monast.* 147.

R. sylvestris *Schultz fl. starg. suppl.* 29.

R. obtusifolia !*Desv. journ. bot.* 1809. p. 317.

R. dumetorum !*Desv. l. l. pr. pr.* !*Bast. in herb. am. G.*

R. canina *Müll. fl. dan.* tab. 555. *et alior.*; var. globosa *Thor. prodr.* 105.; var. nitens *Sering. decad.* no. 36.; var. collina l. l. no. 35.; var. *δ.* obtusifolia *Desv.* l. l. 1813. p. 115. *Sering. in DC. prodr.* II. 613.; var. fructibus crassioribus *Schk. Handb.* II. 48.

